celestiū non solum de p̄sentibus sed & de futuriis ægritudinibus, extra superstitionem nonnulla p̄noscere, possunt & ex quatuor annis statis temporibus p̄sagire, possunt & ex corporum affectionibus aut sanitatis aut ægritudinis eventum p̄signare. Quod enim aer nos ambientis conditio plurimum demutetur, ex accessu ad nos solaris corporis & recessu, ex incremento & immunitatione luminis in luna, qua parte nos adficit, fit ut ex illis conjectur multa & operentur. Hinc venas incidendas p̄cipiat crescente luna, quibus sane temporibus viuenda magis virtus & succentior corporis habitat, vetant cucurbiculos, ne quia trahunt illæ ebullientibus & expansis per initia mensis humoribus plus forte quam oporteat euocaretur materia, &c. Ad hunc, dico, modum p̄dicti ep̄iam a medicis possunt, sed non quibuslibet recipi corporibus sed male adfectis & ad peregrinas suscipiendas initias idoneas, sic & alia pleraque de temporum qualitatibus degenerantur & luna vel inter se vel ad nos schematisimis vel configurationibus p̄slagiuntur, non alter tamquam adfecto ab huiusmodi causis aere ipso, quo vallamus & identidem velimus nolimus adficiens. Sic plura tum Arabum tum Græcorum medicorum communia prognostica in istiusmodi causas iure meritoque referuntur. Sic & apud Aristotalem in problematis nonnulla visuntur, de corporis quoque conditionibus multa vel vita vel mortis languentis signa dicuntur, sed vel omnia vel plurima in hoc conueniunt, vt quas in decubente ægro conditions viderint, quibus de honestati cadavera conspicuum sit, ea futuræ mortis indicia p̄noscant, contra q; sani corporis honestamenta sint, in ægro dephenderint salutis p̄sensiones putent. Id quod apud Hippocratem in prognosticis particulis & apud Cornelium Celsum in secundo de medicina libr. legere est. Hippocrates enim p̄congituro p̄dicturoque medico p̄cipit scrutandam regi faciem. Si quidem concavi oculi, frigidæ aures atque contractæ, arida frons color viridis, plumbeus, niger, animus marcidus, salvia plurima, genua membranæ fatigata, calores pter consuetudinem intentiores, grauiores somni, tumultuosa somnia & hoc genus alia adaptuerint,

FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

terint, signa erunt vel summae ægritudinis vel mortis propinquaæ hominis. Ita nimurum vbi mirabilia paulo prodigiora & monströsiora increbuerint in mundo, non obscure per ea quasi signa constabit eundem vel laborare certus ad interitum morbis vel paulopost intermoriturum, maxime, quoniam prodigia, portenta, ostenta & monstra plerumque semper subnasci soleant vel ex defectu particularis nature vel materiae, & repugnantis virtute vel agentis imbecillitate. Id quod signum creditur esse mundi ægrotantis ad morem hominis, qui minor mundus propterea dici cœpit. Accedit etiamnum, quod huiuscmodi prodigia mirabilia, præsertim quæ sunt cælestia aut (vt clarius dicam) Meteorologica, secundum natum in ordinatiōne accident, quoniam non statis omnino temporibus vii partus animalium, fructus arborum, coniunctiones, motusq; stellarum sunt, nec semper, vt cælestia, eundem habent locum, nec semper ad eandem ad patientem (vt sic dixerim) proportionem contingant, materia interim eorum quoq; ultra citroque accidente. Constatre proinde ex ijs putamus, mirabilia ipsa, maxime portentosa esse habere que signa, quæ mundi morbum huiusque interitum p̄signant: hocque magis facere, quo magis crebra sunt & multa. Cuiusmodi profectio videmus hic nos tristis diebus, quos propterea Apostolice literæ non immrito vocant nouissimos, in quibus sit futurus huius seculi finis, quem adesse prope demonstrant mirabilia signa, quæ huic sane in mundo morbos letales, quibus ipse sit intermoritus, certo p̄signant: Negari vtique non posset, eiusmodi signa ferme semper a mundo condito e terræ partibus regionibusque, quæ in mundo sunt, non secus atq; in humano corpore membra, vel particularem aliquam cladem vel totam intermissionem, quæ & sequitur est p̄monstrasse, quibus adparuerunt. Coepit autem interim idem mundus quotidie sic a partibus toto paſſim orbe laboreare per huiusmodi calamitosos morbos, qui tot prodigiosa signa sunt iubiquati, & sic paulatim deficeret, vt non posset tandem & breui qui dem tot non interire, quum p̄ter cor ipsum paucissima in eo super sint membra, quibus mirabilia portentosa, q; nostra patrumq; me moria

L I B E R V.

Fo.XLIX.

moria passim effulserunt, non vel ruinam vel defectionem portent dissent. Nunc vero scimus membris in corpore deficientib; pau lo post p̄cipuum memb. s. cor defectorum, quo deficiente deficit totum corpus adeoque maior homo, ut pote mundus, cui dubio procul exitium minatur hec nostri temporis signa & portenta tam multa quam borrenda. Siquidem ipsissima veritas, futurorum p̄ficia, huius seculi finem de illiusmodi signis mirabilibus p̄dixerit. Erunt, inquietus, signa in sole et luna, &c. Cum enim hic mundus Aegypto multis ob causas comparetur, sit, vt sicut olim signa facta sunt, quibus futura clades Aegypti ostenderetur, ita siant in nouissimo huius seculi fine prodigia miranda per omnia mundi elementa, quibus imminens exitus vniuersis gentibus intelligatur. Id autem genus signa quum hisce diebus sic videmus multiplicari, qui dubitare possumus de propinquohuius seculi termino: maxime, quia videmus omnia, q; crescere coepere, rursus decrescere, & omnia aucta diminuita & tandem mori ac finit. Quam sane mundi alterationem facile intelligemus & adesse prorlus ipsius diminutionem, quum dies antiquos cogitauerimus, recollectusq; quot inter aliquot annos terræ, regiones, insulæ, defecerint ac interierint, et quam deniq; omnia elementa a prima uia sua natura degenerant et ipsa quoque omni tempore plurimum sint immutata, nec suam nunc seruent ut olim debito perinde tempore prorlus conditionem, nec ipsa terra pristinam modo retineat libertatem, vt cumq; laboriosius quam antea excolatur, quemadmodum illa in nostris ad Inclytis. Carolum Imper. V. et regē Rhomanorum Ferdinandum Catholicis, abunde commonstra uitum, hic incassum repetenda. Est igitur in confessio, hec tam via quia prodigiosa nostris temporibus mirabilia propinquum huius seculi finem portendere ac illi calamitosum exitium non se cus atque signa quedam corpori ægritudinem sive mortem prognosticare.

¶ Qua die vel hora finis huius seculi adeoque mundi interitus certo sit futurus?

C A P. III.

N Huius

## FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

**H**uius seculi finem præ foribus esse, non est qui iure sit instauratus iturus; quandoqđ p̄ter ea, quæ capite dicta sunt proximo, nihil non conspicimus quod illum prope futurum non portendat. Siquidem videamus iuxta domini prædictionem, omniū sermē rerum humanarum status commutationem & in deterius nequitia inualeſcente prolabi; hisce quoque temporibus iniqutam & malitiam vñque ad summum gradum creuile, iustitiam rarescere, impietatem & avaritiam & cupiditatem & libidinem crescerescere, bonos p̄dē sceleratis esse, & ab iniustis vndique diuexari, solos aut̄ malos esse opulentos, bonos ediuerso in omnibus contumelijs atque in egestate iactari, ius omne confundi, leges interrire, nec quenqñā habere q̄quam, nisi aut q̄stum aut defensum manu, audacia & violentia possideri omnia. Non esse fidē in hominibus, non pacem, non humanitatem, non pudorem, non veritatem, non securitatem, non regimen, non regem a malis vllā. Oēm deinde terram tumultuarī, fremere vndique bella, oēs gentes in armis esse, seque inuicem oppugnare, ciuitates finitimas inter se pliari. Quodlī hæc & id genus, q̄ mundi finem, domino teste, sunt præcessura, sic habent, qd̄ restat, nisl ut omnino propinquus esse creditur huius seculi finis, atque idem breui futurus? Iam vero gānon esse putem quí idipsum absque perficata fronte negare possit, haud est, vt in presentia pluribus hac de re agam, præsentim quando in nostris Centurijs & Catholicis vñbertim nobis de ea disputatum sit. Superest proinde, vt hic respondeamus ad quo rūndam quæſtionem, qua non tam necessario quam curiose quæri solet: Qua vel die vel hora huius sit seculi consumatio futura, de qua sacrosanctæ eadēm arcanae passim literæ tam folcite moment? Quanquam, respondeo, non ignorem fusile nonnullos, qui huius orbis finem ac terminum suppūtare conati sunt, quorum alij mundū quadringentis, alij qngentis, alij etiā mille annis ab ascensione domini vñque ad eius, ultimum aduentum durare perhibuerunt, ipse tamen esse negauerim quenquam, qui nosset aut nosse posset vñquam huius seculi consumationis aut horam aut diem, velut non esse crediderint quis scriptura teste, suum rec̄scire,

## LIBER V.

Fo.L.

sc̄ret finem, nisl singulari a deo revelatione instrutus. Atq̄ sane terminum huiusec seculi adeoq̄ huius tp̄ is omnino esse semper fore incertum credens adfirauerim, nec esse hois (vt dominus ait) nosse tempora vel momenta, q̄ in sua posuit voluntate & potestate pater, smo quod nec homini constare queat, dicente ipsissima veritate: De die autem illa vel hora nemo scit, neq̄ angelī in cælo, neque filius, nisl pater; quandoquidem ait Apostolus, Dies dominī sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerit pax & secūritas, tunc repentinus eis supueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Quibus sane verbis docemur, huius supremam mundi ruinam & consumationem seculi, hominibus ita subito venturam, vt quum retum status, quasi ad melius visus fuerit esse renouatus, de fame priore ad vberitatem, de pestilētis & praelijs ad securitatem, iam in puncto pereat igni, ceu Sodoma quondam. Et hoc esse putauerim, quod dominus vbique vigilandum præcipit, quoniam nemo nec suispliis nec seculi finis esse possit omnino certus. Vide te, inquietus, & vigilate & orate, quia nescitis, quando tempus sit. Nescitis enim, quando dominus veniat, fero, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum vernerit repentine, inueniat vos dormientes. Volutvique dominus ipse nos tam nostrum quam seculi finem latere, vt semper essemus de eo solliciti, adeoque de ipsa ad illum præparationem, siquidem sedula venturi furis suspicio plurimum prostrat patri familiias, alioqui dormituro. Et profecto si hoc nobis nosse procedet a quo melius quam ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis diceretur? Non enim siluerunt inde apud eum, sed a presente quæsierunt dicentes: Domine, si hoc in tempore representabis regnum Israel? At ille, Non est, inquit, vestrum nosse tempora, qua pater in sua posuit potestate. Non vtique illi de hora vel die vel anno, sed de tempore interrogarunt, quando illud accepere responsum. Vani proinde sunt vel quamlibet alio qui apud mundum vel sapientes vel eruditii, qui vel vite propriæ finem scire se gloriantur, aut per signaculum, aut per ventriloquos, aut per magos seducti, qui vel mundi con-

N i summa-

FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

sūmationē m̄ scire se profitentur. Siquidem frustra annos, qui hū  
ic seculo remanent computare ac definiere conentur, quūm hoc  
rescīre non esse nostrū ex ore veritatis audiamus, nec posse quē  
quam nīl patrem solum. Atque nīmirum non possum hoc loco sa-  
tis admirari C. Lactantius & alios cum eo non paucos, homines  
alioquin in Ecclesiasticis literis magnopere doctos & exercitatos,  
quod eorum nonnulli quadringentos, nonnulli quingentos, non  
nulli etiam mille ab ascensione domini usq; ad ultimum eius ad-  
uentum compleri annos posse dixerint falli nempe & decepti iā-  
dudum inuenti, quemadmodum vel pueri norunt. Ideoq; ne cope-  
ræ precium censurim, hac parte comonstrare, quibus quisque  
eorum argumentis suam adstruat opinionem, cum quia illos suo  
quidem loco multis confutauerim & explaferim, tum quia con-  
iecturis duntaxat humanis vtantur, nec ab eis certum aliquid de  
scripturæ Canonice authoritate proferatur. Omnium vero hac  
de re, inquit Augustinus, calculantium digitos resoluti & quiete-  
cere iubet ille, qui dicit. Non est vestrum cire tempora, q̄ pater  
in sua posuit potestate. Ridendi proinde sunt imo ceu plane te-  
merari, p̄sumptuosiq; nugatores contemnendi quidam stolidi no-  
stræ tempestate H̄eretici & Schismati ci, qui popello imponentes  
palam adfirmare audent, nescio quo & tempore & momento fi-  
nis huius si seculi huiusq; mundi consumatio nouissima, quum in-  
terim veritas Euangelica, quam isti nunquā non vano ore iaci-  
tant, adfueret. De die aut illa vel hora nemo scit neq; angelii in  
caelō, necq; filius, nisi p̄f. Sufficerit igitur nobis scire, nihil certius  
esse, quam hoc seculum cum tempore trāstiter, nec incerti esse  
quicquam tempore illius transitus, hunc vero plane propinquum  
adesse breuiq; futurū, non solum ex arcans sanctæ confitare lite-  
rae iudicij, vt quē breuifore tā prophetae quā dominis p̄rophe-  
tae conciones denuncient, sed & patere ex mirabilibus prodigio-  
siis adeoq; ex signis, q̄ illum, teste scriptura, p̄cessura sunt, q̄ nunc  
toto paſſum mundo adparent, certissima nouissimi temporis admo-  
nitoria & nūncia, quāsque collata nobis a deo edicta, quem  
admodum paulo superius haud parum multis exemplis decla-  
rauimus.

L I B E R

V.

Fo. LI.

rauimus. Quomodo autem consumatio futura sit, & qualis exitus  
humanis impendeat rebus, si quis diuinas literas fuerit scrutat, in  
ueniet sed & sacerdotalium Prophetarum congruentes cum caelesti  
bus voce, finem rerum & occasum post breve tempus adnuntiat  
describentes velut fatigati & delabentis mundi ultimam senectutem.  
Nec precium huic operæ duxerim, vt quæ a prophetis & va-  
tibus futura esse dicantur priusquam supueniat extrema illa con-  
clusio, ligillatim hoc transcribam, quando ferme nihil eorum silue-  
rim in opere nostrarum Centuriarum, vnde hæc de sumenda sua-  
deo, supream hic manu, deo duce, paulo post adpositurus.

¶ Quid agendum singulis & vniuersis fine huius  
seculi propinquante.

C A P.

V.

**Q**um proinde post tot & tam fide digna paſſim testimo-  
nia, constet etiamnum non minus rebus ipsiis, quæ nunc to-  
to quidem orbe sati confuso nīmirum ordine geruntur, quam va-  
rijs & horrendis caelo terraq; mirabilis prodigiosis, portentosis &  
monstroſis, adesse diem domini longe terribilissimam & huius mū-  
di consumationem prorsus imminere, imo pra foribus (quod dicti  
sole) apparere, non supereris videmus aliud, quo nobis consuli q̄  
at, quam ut modis omnibus cohorte mur, ne sup caeleſti gratia abu-  
tamur, ne copiam exuperantis lumini intuentes conniveamus, ve-  
rum nostros ad tot tamq; horrenda caelo terraq; toto paſſim orbe  
mirabilia signa, prodigia, portenta, monstra & li qua sunt id gen-  
alia, que vel ipsi nostra vidimus memoria, oculos aperiamus, indu-  
bie sciētes, hac ipsa non esse aliud quam vera cæli adeoq; dei Opt.  
Max. edicta, quibus ille nos ad penitentiam reuocat, ob eāq; cau-  
sam nullo modo contemnenda, perinde atq; ad nos nihil pertinen-  
tia. Quandoquidem certo certius sit, deum longe patientissimum  
huiuscmodi signis & prodigijs nostrę mentis duriciam mollire co-  
nari, terrore sc̄p simul & minacem dextram ostētare potius, quā in-  
ferre. Non abdandinamur nobis, quoniam Christiani sumus sine  
penitentia deus nobis sit indulcetus, siquidem ille nec angelis o-  
lim pepercerit, sed peccates in infernum protruserit, haud dubie  
N in. nec nob̄

## RIDER. NAVSEAE MIRABILIVM.

nec nob̄ parcer. Nec interi quoq; nob̄ adulēmur, quoniam fortas se futura non sint tam, de quibus hac parte adfirmamus, horredā. Sigdem deus sit ille, qui eiusmodi fore pdixerit, qui nec mentitur nec mentiri potest, ita futur; iurans: Amen dico vobis, cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Nec denique blandiamur nob̄, quia de quibus admonemur sero sint ventura. Sigdē ita plarique de dilatio tempore Noe, ita de igne Sulphureo tempore Loth, ita de excidio Hierosolymitano tempore Titi Vespeliani dicere solebant, quæ tamen omnia, sicuti pdicta fuerant & dum adesse non putabantur, eveniebant. Sic & proculdu dubio ventura sunt, de quibus in Evangelio passim monemur, & quidem repente, dum putabimus esse pacem & securitatē. Quapropter ipse dominus alibi: Vigilate, inquit, quia dū non putabitis, dominus vēturus est, scilicet sacerdūlū iudicaturus per ignem. Imo si penitus rem accepimus, iam præ foribus est huius mundi finis & periodus, die s̄quē illa iudicij nouissima. Quandoquidem haecen partim vere vidimus & nunc conspicimus appare signa diu noctuque in firmamento & terra, de quibus etiam dominus in Evangelio differit, haud quaquam tardaturus suam de aduentu suo promissionē, sicut qdam existimant, sed patiēter agēs, ppter nos, quos non vult perire sed oēs ad p̄cipientiam reverti. In hac ea propter vita posuit sic agam?, vt cū hinc migrauerim, caroque nra apererit a vermis. i sepulchris deuorari, vt quā illi & serpentes hereditabūt, aīe bonis operibus adornat̄ cū deo Opt. i calis latētur. Retrahat nos salte a p̄tis malisue opib; iterit eorū, q̄s morte p̄misim;. Attēdamus calamitates, considerem⁹ vel qualibet diuitia sepulchra, vel eorū qui pauloante nobiscū fuere, qdnam sint qdue fuerint, qdue eis diuitiae & sacerdūlū cupiditates abitione sque profuerit? Quid, q̄s, aliud ex eis quam pulueres & cineres remāfit? Nonne obsecro, si n̄dē modo loq ad nos possent, hæc nob̄ dice rēt? Ah quid infelices v̄sq; adeo pro seculi vanitatib; discurritis? Ali quid uos criminib; & n̄c quis oppletis? Considerate ossa nostra, & vel sic vos horret cupiditas & miseria via. Sane qđ vos es̄is nos suim; & qđ nos sum⁹, vos eritis. Ideoq; vt revertar eo vade digressus sum, sollicita consideratione p̄femus, atque hæc consi-

## LIBER

V.

Fo. XLII.

derat̄ expauescamus, diem consumationis huius seculi, adeoq; nra mortis ante oculos nunquā non collocemus, ad emendationē vitæ, quaten⁹ possumus, festinemus. Nequaquā negligamus, q̄a nos p̄fissimus deus, idemq; Opt. peccantes sustineat, vt pote cuius ira tardo quidem gradu al vindictam sui procedat; verum tarditatem supplicij grauite compenſet, nec antecedentē scelestū pede deſerat claudio. Sigdē quanto diutius ille nos expectat, vt emēde mus, tanto grauius iudicabit si neglexerimus. Id qđ non paꝝ multis antebac exemplis arguit scriptura, ex Apostolo potius quam a nob̄ hacip̄t sumendis. Iam vero si (quod abſit) putamus, qđ finis huius seculi patilo tardius veniat, vel suā singulā considerem⁹ ſi n̄e. Nonne, q̄s, dū per quamlibet & iucundissime in hoc mūdi deſerto moramur, multaq; in longa tempora diſponimus agenda, repente p̄ mortē rapimur, & inopinato exitu a corpibus rapimur? Atq; beatū fūnt, qui ſemp vel huius mūdi conſumationē ante oculos habuerint, n̄dēq; festinarint in illa mortis hora patati inueniri. Nec ē, vt in praefstantia noſtrarum animar̄ hic alio emigrantium querelas recenseam, quādo illas in noſtris Homilijs paſſim tā fūfusis quam commodius tractauerim. Meminerim ideoq; fugiter, quoniam in medio laqueorum Cacodemonis ambulamus, ac proinde ſemp parati ſim⁹, vt miſſo domini ſcepto liberi ab omni naeuo peccati ad regem tranſituri ſimus. Haud ſane arbitremur nos hoc in mundo diu mansuros, quandoquidem futurum ſit, vt prolatō dei Opt. Max. edicto nec vnius horæ momentum in hac vita conſistere concedatur. Eheu memores ſimus verbi dominici, ſi habentis. Amenamen dico vob̄, quia ve nit hora, in qua oēs qui in monumētis ſunt, audiēt vocem filij dei, & procedēt qui bona fecerunt, in reſurrectionem vite, qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Iā itaq; eligam⁹, vtrū ma lūmus, hocq; nūc in vita nra diſponamus, aut p̄petuo gaudere cū p̄n, aut ſine fine cruciari cū imp̄is. Atq; ſalte pac̄ nos terreat, ſi p̄mīa non fruitant, & præſens ſacerdūlū ſi despicer & a pec candi conſuetudine ceſſare non valeamus, ſaltem cū iuſticia illud poſſideamus, p̄t̄ dereliquētes. Qui i adoleſcētijs n̄is errauimus ſaltem iam in ſeneſtute relipſicamus, & mala queq; peccando com-

## FRIDER. NAVSEAE MIRABILIVM.

mismis p̄c̄nitendo iam expurgemus. Ecce enim quam non modo paulat̄, sed & (vt dixim) omnino m̄dus deficere incipit, imo multis etiam modis defecit & deficit ad interitum nouissimū multis in vnum consentientibus argumentis admodum festinās, & cū c̄ta, quæ vidēmus velociter tanquam nebula & tanquam vspertina, quod dīc̄ solet, vmbra transcurrunt. En quæ nob̄s olim p̄nūciata fuere ab ipsissima veritate, præsentē iam tempore plū quam perspicue cernuntur. Subtrahuntur, vt palam videmus, omnia bona, crescuntq; quotidie v̄sq; adeo mala, vt non sit, qui possit infici as ire, tempora adesse nouissima, quum prorsus illoz adſint & pro deant opera. In nouissimis enim diebus, inquit Apostolus, instabunt tempora periculosa, & erunt homines scipios amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parētibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, crudeles, proditores, proterui, tumidi & voluptatū magis amatores quam dei, habentes specie quidē pietatis, virtutem vero eius abnegantes. Nonne, q̄s, huiusmodi hominibus adeo oppleta est nūquam non terra, vt virtus quam vlo tempore dominus per Prophetam de nob̄s possit dicere: Omnes de clinauerunt, simul in utes facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est v̄sq; ad vnum. Siquidem nunc certo adſit hora qua, iuxta dictum veritatis æternæ, abundat iniquitas, restiguitq; mul torum charitas. Cuius nimis rum causa suam nob̄s indignationem dominus ipse tā multis quā horrendis signis, prodigijs, portentis, ostentis, monstris hocq; genū mirabilibus non aliter atq; quibuldam suis edictis denunciat, noscip̄ p̄c̄nitentia serio commonet, suam minacem caelitus dextrā non tam inferens quam ostentans, vna dicens: Nisi p̄c̄nitentian habueritis, omnes vna peribitis. Atq; vtiā toties admoniti ī demū expurgiscamur eiusmodi per tot in cælo & terra passum mirabilia voces, halce tubas, hac̄ vera cæli edicta deiq; minas, quib; & ad p̄c̄nitētiā reuocamur & cogimur, haud quaquā negligetē.

¶ De operis peroratione. C A P. Vlt.

H Aec, deo Opt. Max. gratias, dicta sunt de mirabilib. i vniuerſum, quæ vel nostra etiannum volūtate coacti succisiſſimis ferme

## L I B E R V.

F.LIII.

ferme tēporib; conscripsimus & conscripta non illubenter in vere pietatis & religionis augmentū volentibus communicaūimus, nostra quidē lētentia non omnino frōcipendā, per inde tamen futura vt accepta fuerint. Tameris quoq; hi quinq; nostri de mirabilibus libri inter aliorum, qui fortassis id genus (quod nescimus) aliqua & dide runt, lucubrations tanquā hospites erū recipie di, non tamen dubitamus & eos aliquando fore domesticos illis, qui nonnihil eis tribuent temporis. Quibus tantum tribuent, quātū poterunt, poterunt aut quantum volēt. Ipsi vero demum nihil addenda aliud hac parte censemus, quā vt ab eis, q̄ hosce nostros pro rep. christiana labores quandoq; cognoscēt, magnopē rogatos volumus, vt in legendō, quæ p̄dē cicerint, haud adpernentur quātū nota inuulgataq;. Nam & quid vt ille dixit: tā est in literis remotum, quin id tamē con placuli sciant? Quanquā nob̄s plane persuadūm sūt, hac̄ v̄sque adeo non esse nec nota nec vulgaria, vt non pauci ea & que atq; mirabilia omnino noua suspicīt, vtpote a pauciss. vel fortassis a nullis ante nos redditā. Ac inde est, quod eos, qbus hac vnde cū noua, minusq; cre ditu digna videbuntur, obtestatos quoq; velimus, vt ipsa sine vano obreclatu considerēt, nec inuidia nimia impatiens infelicitetur etiā maledictis, vt vix lecis fortasse principijs adſligat, proſciat, excrentur, secq; in expiabilitate contaminari atq; adstringi putēt, si hac̄ aut legant paciēter aut audient. Ab ijs etiannū hoc, si steri potest, humanitatē iure postulamus, vt non prius clamēnt quā vniuersa cegnouerint. Si enī facilegis & proditoribus & beneficis potestas defendendisui datur, nec prædānati quenquam incognita causa licet, non iniuste petere videmur, vt si qui erunt illi, q̄ inciderint in hac, si legēt perlegant, si audient, sententiā differant in extremū, memores non maiorē inigitatē esse probatā innocentia clamasse quam inaudītā. Præterea si qui sunt, quibus hac nostra pars plana videbuntur aut minus plena instruclaq;, petimus, inquā, ea non docendi magis quam admonendi gratia pro dicta existimant, quasq; demonstratione vestigiorū contenti p-

O ſequitur

FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

sequantur ea post, si libebit, vel libriss repertis vel magistris.  
Nec quidem dubitamus multa esse, quæ & nos præterierunt.  
Nam & ipsi sumus, ut illi, homines, & occupatores alioqui  
quæn credi posse, hec illa subcisiuis temporibus curamus, quæ  
fortassis interim cæteri vel crapulantur vel dormiunt, vel lu-  
dum vel male tam negotiantur quam oceantur. Nos sane hoc  
solo contéti premio, quod dum ista vt dicebat. M. Varo) mussi-  
tamus, pluribus horis viuimus, quum dubio procul vita sit, vi-  
gilia, nobis maxime, qui non secus ad laborem atque aues ad vo-  
landum natu sumus, haud tamen nobis solum sed & alijs i com-  
mune; quoniam (quod precclare scriptum est a Platone) ortus  
nostru partem patria veniet, partem amici, atque vt placet Sto-  
icis, quæ in terris gignuntur ad usum hominum omnia sint cre-  
ata, sintque homines hominum causa generati, vt ipsi inter se alij  
alijs prodeesse possent. In quo sane conuenit nos ducem naturæ  
sequi & communes vtilitates in medium adferre. Id quod, deo  
teste, sic hactenus modis quibus potuimus conati sumus, ut ni-  
hil acque desiderauimus arct*vt* prodeesse tantundem possemus  
ut vellemus. Nec est, quod hac re adhuc magis cupiamus.  
Quod modo supereft, eos ex animo velimus admonitos, quia haec  
nostra repræhendenda putauerint, non nobis omnino sed ihs, si  
audebunt, succenseant, unde ea nos iusta ex parte accepimus, ac  
interim autoritates hominum penitent, quos. s. illi, quosque  
nos secuti sumus, sine autoritate & ratione loqui erubescen-  
tes, locumque in hoc genus scriptione fauentes occupantibus  
& posteris, qui fortasse nobiscum sunt decertaturi, sicut ipsi fe-  
cimus, ut palam est videre, cum prioribus.

Soli deo Opt. Max. laus, decus & gloria,

ADSACRATISSI-

MVM CAESAREM FERDINANDVM,  
Rhomanorum, Hungarorum, Boemorumque, &c. Regem Au-  
gustissimum Friderici Nauseæ Blancicampiani Ecclesi-  
stæ Moguntini super huius anni post Christum natum  
M. D. XXXI. & quolibet alio Cometa.  
EXPLORATIO.



**FRIDERICI NAV-**  
**SEAE BLANCI CAMPANI, ECCLESIA-**  
**STER MOGUNTINI SUPER HUIUS ANNI POST CHRISTUM NATUM M.**  
**D. XXXI. ET QUILIBET ALIO COMETA AD SACRATISSIMUM**  
**CÆSAREM FERDINANDUM, ROMANORUM, HUNGARORUM**  
**BOHEGORUM, &c. REGEM AUGUSTI.**  
**EXPLORATIO.**

Vando non addubitem Ferdinandus rex inclyte, idemque Cæsar clementissime, quin ad inclytam Majestatem tuam vel nullo (quod credipar est) autore peruenieret fama de tam raro quam satis horrendo sydere, quod vulgo Cometa vocari coepit, nuper apud nos aliquot in cælo noctibus totidemque fortata diebus illuxit, ac primum (nisi fallor) circiter. XIX. CA. L. Septembres hoc nimirum anno post Christum natum M. D. XXXI. admodum portentosè apparere coepit: Quumq[ue] non ignorem, quam prorius eadem regia Majestas tua non de huius solum, sed & de cuiuslibet, si quis & alias apparuit, Comete natura, situ, varietate, & de hoc genüs, quæ in rem sunt, alijs a me deuotissimo suo mancipio non per rumorem vel quamlibet constantem nec per testem, quem vocant, auritum, sed ocularem paulo certior fieri cupiat. Profecto non mihi videor incongrue facturæ, si qua veritas hac de re habet, ad tuam illam in primis regiam vere que inclytam Majestatem, deindeq[ue] ad eos, qui tuae ditio- ni regiae parent, quatenus mea intererit, paucis vel ocularis teatis perscripsero simulq[ue] bona fide testata fecero. Sigdem mei quod constat, sit munerus aut docere aut admonere de his, quæ non ab ipso periculo negliguntur, ut in quibus multorum pars salutis versetur multo maxima, non debeo proinde non recte vide ri regiam tuam Majestatem eius p[ro]fertim admonere rei, q[uod] nullorū æque atque regum vel salutem vel perniciem respicit, nec que possit quam ab his negligi periculosius ab ullis. Eiusmodi vero

vix

v[er]isque adeo censetur esse Cometes, vt is a non par multis suo quasi iure regium sydus appellari coepitus sit, iam vero rex Inclyte, si huiusmodi sydus, quod plerique omnes opinantur, preci p[re]cie regib[us]. adeoque eorum regnis & populis apparere & portendere solet, nescio sane, cui post Carolum Imp. Aug. quintum fratrem tuae Majestatis germanum, multis quidem nominibus incomparabilem, quam tibi potius hac nostratempestate Cometes, haud sinistro tamē omne, illuxisse videri possit aut debeat? Quandoquidem vix alius quam tu potius appellatio ne regis veniat. V[er]o enim adeo sublimis est regiarum tuar[um] virtutum cumulus, vt regum omnium vel vetustissimorum gloriā & fama sine controv[er]sa superare videaris, vt pote qui vel omnes, absit ait villa a castissimis tuis auribus adulatio, tecum collati subsidere gradus h[ab]ent p[er] multis conspicitur. Atq[ue] hinc tam iuste quam vere passim comparatum est, vt ipse sic fer- ras vnu[m] omnium regiæ adpellationis decus, vt ibi nomen regiæ, vox majestate plena & numini proxima, ore effertur, hic Ferdinandus, Rex Romanorum nominari nec vllus regum alijs intelligatur, vt qui tam regius quam regiæ virtutibus tāto ceterisq[ue] praefest regibus, quanto regnum Romanū iam olim cuncta in orbe regna p[re]cellit. Proinde non est, quo minus sperem me tum recte ad tuam illam Majestatem regiam de Stella regia scribere, tum me certo illi rem non minus facere gratam quam fecit olim Antonius ille Musa Romanæ ciuitati, que illi gratissima statu[m] Aesculapius proximauit ob Augustum Imp. morbo seruatum collocaſti traditur. Quiriter non sim rem eque facturus toti plane orbi gratia, si hac mea scriptione, Deo autore, effecero, ne periculo adſiciatur, qui omni est Augusto maior, omnīq[ue] Traiano melior: Cuiusmodi te esse non possumus non omnes viro quidem confusu fateri, ac eum de n[on]c haberi, in quo vel uno secundum Deū Opt. Max. spes & salus nostri sit omnium posita. Quid igitur hac parte su[er]e p[er] se putem, nisi vt hac quoq[ue] scribendi functione graciā me p[er] rem apud eos initium omnes, qui sub regia tuarum ala-

O in rum

FRIDER. NAVSEAE MIRABILIVM.

tum' umbra ad bene beateque viendum regie proteguntur.  
Id quod vt plane futurum confidam facit, quoniam non me su-  
git, Berolo quandam Astrologo ob diuinis aliquot prædictio-  
nes publico in gymnaſio Athenien. statuam inaurata lingua ſta-  
tuſſe, atque ſub eadem propemodum tempora ampliſſimum  
Græciæ conſilium eodem Hippocrati, quos & Herculi hono-  
res decreueris, quia venientem ab Illyrijs pestilentiam prædi-  
xerat, & diſcipulos ad auxilium circa vrbes dimiferat. Quamuis  
autem ſacratissime Cæſar, hac in parte non proſrus diſſimilia  
me präſtitum pollicear, longe tamen diſſimilem vtpote nec  
altam exigam mercedem quā ut aliorum animi gratitudinē ita  
tua ſoliſ regiæ Maieſtatis gratiam, cui quicquid hoc eſt meę  
ſuper huius anni & quolibet alio Cometa explorationis idagi  
nisiq; paulo altius ſum repetituras, iam ſupplex obſecrās, ut ea-  
dem illa inclita tua Maieſtas ab iſis paulisper ſublimiorib⁹ ma-  
gisque arduis diſerfa curis huic propter ſuam & ſuorum falu-  
tem gratioſe animum adueitat: prium ſciens, me hic tractare  
ſtudii Astronomiæ non vt ipſa diſcipula Astronomorū agnoſ-  
cat, ſed vt exploratorem iſiſce olim literis verſatum, quatenus  
Theologaſtrum debeat, fuſpicari poſſit, hocq; imprimis ex Co-  
metæ nomencatura, quæ prium ſibi caput in hac verbabre  
uiter uſurpat.

¶ Elenchus capitum vice argumentorum.

Vnde Cometa ſibi nomen uſurparit, Cap. I.

Quan varijsunt Comete, Cap. II.

Qua cœli parte frequentius appareant Comete, Cap. III.

Quo ſint, & quanto tempore durent Comete, Cap. III.

Vnde ſecundum Theologos generentur & quidnam re ipſa  
ſint Comete, Cap. V.

Vnde ſecundum Philosophos & Astronomos generentur, &  
quidnam re ipſa ſint Comete, Cap. VI.

An Stella, que magos ad Christum nuperrime natum duxit,  
Cometes, de quo Imp. Augustus fuerit, Cap. VII.

An aliiquid portendant Comete, Cap. VIII.

Quid

LIBER

VI.

Fo. LVI.

Quid nam vel boni vel mali portendant Comete, Cap. IX.

Quid mali portendant Comete, Cap. X.

Varia mala varijs Cometas ſequuntur uifte ex non parum malis  
tis ostendi exemplis, Cap. XI.

An Comete nonnunquam qd boni portendat, Cap. XII.

Quibus nam personis & terris præcipue malum portendantur  
Comete, Cap. XIII.

Quo nam pacto Comete portendant & portendere valeantur,

C aput. Xij.

Quur Comete potiſſimum viris principib⁹ vtpote regibus &

Imp. &c. male portendant, Cap. XV.

Quid & quib⁹ portendarit Cometes, qui hoc anno poſt Chri-  
ſtum natum, D. XXXI, Cal. XIX, Septemb. Moguntiae a-

liaſ primo viſus & euidenter ab omnibus eſt notatus, illi msb

Cap. XVI.

An mala, que Cometes portendit, ne eueniāt quoquo modo

præueniri & immutari queant, Cap. XVII.

¶ Vnde Cometa ſibi nomen uſurparit, Cap. I.

T Amenti omnifariam eruditus homo, ut ſublimiora in pri-  
mis curare debet, ita nec in ſima contemnere, quarum ope-  
illa ipſa ſuſcipiuntur, & in eis adipiſcendis ſuppetias aſterunt, ſe-  
quidem minor illa haudquaquam ſint negligenda, ſine qui-  
bus non eſt maioribus locuſ, nec poſſit niſi precedentibus illis  
ad rei ſummarum perueniri, ne tamen inuidia verbi noſter hac  
parte labor labefactetur, ac ne qui minutulos quoq; literarum  
apices conſeſtantur, negle etiam ſuſ ſtudiū rationem querantur,  
initio paucā de ratione nominis Comete prælibabitur. Sydus  
itaque quod Græci Cometen, Latini ſtellam crinitatem, &  
vtrique a figura, qua idipſum apparet confueuit, appellant.  
Quandoquidem hoc genuſ in caelo ſyderis videatur inſtar ſtel-  
lae flammas, earundemque ſcintillas de ſe non aliter emitten-  
tis & diſpergentis atque vel comas vnde Cometa, vel crines,  
vnde ſtella crinita ſydue que crinitum dici cocepit. Quemad-  
modum Auguſtus Cæſar Cometem illum, qui ludos eo eden-  
te

FRIDER. NAVSEA MIRABILIVM.

re falso, quemq; Suetonius Tranquillus Crinitum stellam dixit, sydus crinitum appellavit. Nec absurdum quidem. Si enim q; plam proprius adspiceret, haud obscure sentieret Cometem sic parvusculis in diuersum flamnis scintillisc modo comari & crinitu dispersi, vt ipsum vel scopo vel fasci vibiceo, vel paucis cauda vel barba vel faci cuiquam similiimum censeas, veluti ex hoc adiecio archetypo eius Cometæ, qui nobiscum nup apparuit, exempli causa videre est.



L I B E R VI. Fo. LVII.

¶ Quam varij sint Cometæ.

C A P. II.

**N**On modo per quam plurimi sed & omnino varij sunt Cometæ. Siquidem Stoici dixerint hanc stellas esse ultra XXXII. de quarum nominibus & effectibus Abienus Lambis scriptus. Ac interim non sunt omnes Cometæ vnius vel coloris vel figuræ vel speciei. Quādoqdem nonnulli sint crine sanguineo horrentes, & comarum modo in vertice hispidae, atque hinc Cometæ vulgo nuncupati. De quibus ita cecinunt Poetas.

Non secus ac liquida si quando nocte Cometæ.

Sanguinei lugubre rubent.

Hanc figuram vendicant, vbi una in parte spissi, alteramq; in partem protensi & porrecti fuerint. Sunt & nonnulli, quibus inferiore ex parte in speciem barbae oblonge promittur iuba, vt pote altera duntaxat parte rariores, quos Pogonios vocarunt. Sunt & aliij, qui modo iaculi vibrari solent, quibus Acontij nominem. Cuiusmodi fuit, teste Plinio, stella, de qua Quinto Consulatu suo Tiberius Imp. Cæsar præclaro scripsit carmine. Sunt & aliij paulo breuiores & in mucronem fastigati, q; vocauere Piphios, colore vt cumq; quadam tenus aureo & electro similes, sic tamen omnium pallidissimi, vt propemodum sine ullis radijs quodam gladiorum nitore videantur. Sunt & quos dix erunt Phitees, in figura doliorum & in concauо fumidae lucis aut fornaci, ceu videre est in vasis, qua alicubi pice obzatum paulo diutius ad seruandum doleatores collinunt. Sunt quoq; Cometæ, quos appellant Ceratios, speciem cornu habentes, qualis fuit, quum Græcia apud Salamina depugnauit. Sunt & quos dicunt Lampades, qm faces ardentes imitari soleant, cuiusmodi & hoc etiamnum anno alias iterum atq; iterū conpeditos adfirmat. Sunt insup, q; dicunt Hippeos, vt q; videatur habere iuba equinas, celerrimi motu atq; in orbē circa se cunctis. Deniq; nonnāquæ Cometæ sive argenteo crine resplendat, vt vix conterui liceat, specieq; humana dei effigiæ in se ostendentes, quia le fuisse nonnulli contedunt stellæ, q; Magos ad Chimonup nam-

P tum

## FRIDER. NAVSEA MIRABILIVM.

tū perduxit. Quia de illi ad Hierosolymitanos: Vidim⁹ enim, in quīt, stellam ei⁹ in Oriente, & venimus adorare eum. Sed de hac fortasse nonnulla dicturi sumus circa finem. Nec interim dubitamus p̄ter hasce cometas & figuratas & species adhuc eē multo plures, de quibus vt in p̄fentia signillatim agamus, nec nostri est propositi, nec magni admundum momenti, vt quib⁹ scire magis expedit, quo situ, quantoq; tēpore frequentius illi collucciant, id quod posthac videbimus.

¶ Quā cāli parte frequentius apparent cometæ.

C A P. IIII.

**Q**ui de syderum ratione non p̄cenitenda prodiderunt, p̄hibent, cometas nunquam in occasura cāli parte sed vel sub ipso septentrione aliqua eius ex parte non certa sed maxime in candida, quā lactei circuli nomen accepit, vel' quod tam rarer vñ veniat) in Austrino polo, sed citra iubar vñ hibernis pr̄sertim mensibus appareat. Quāquam literis proditū sit, & apud Aethiopes olīm & Aegyptios apparuisse cometam, atq; regem illorum nomen ei⁹ dedisse Typon, qđ igne a specie, ac sp̄re modo int̄t⁹, vñ quoque toruus nec stellula veius quam quidam igneus nodus fuerit, qualis, qui nobiscum nuper extitit, initio comparuit, succidaneo tamen tempore magis ac magis stellæ cometæ similior.

¶ Quo sint, & quanto tempore durent Cometæ.

C A P. IIII.

**E**T si Damascenus, author me iudice non contemnendus, Cometam censuerit esse astrum anou conditum, quodque completa significatione sua dissoluatur, experientia tamen, quam rerum vocant magistrum, compertum est, qualibet anni parte, vt cunque aestate frequentius, dominante pr̄ser- tim per æstum Canicula, cometas apparere nec paucioribus quam septem, nec pluribus quam octoginta, Plinio teste, dura re diebus. Porro secus est in adiuvium sum de cometa, qui ante Hierosolymitanum excidium refusit, vt qui Eusebii post Iosephum

## LIBER VI.

F.LVIII.

sephū teste, ardore per totum visus est annum. Id quod sane non tam naturæ quam deo naturæ authori adscriberem, nisi Pythagorici cometas statis & certis temporibus nec semper videti putassent, nec decesserint, qui eos sydera esse perpetua crederent, suoq; ambitu ire, sed non nisi a sole relicta cerni.

¶ Vnde secundum Theologos generentur, & quidnam re ipsa sunt cometæ.

C A P. V.

**T**heologis paulo religiosioribus admundum placet, Cometas haud nisi a deo, nulla etiam præexistente materia, diuinus pro loco & tempore vel ideo produci, vt ille per eos, quæ futura sunt pro sua, qua est erga nos pietate & benevolientia, significet simulque denunciet, ac illos proinde non esse nisi supernaturales semperque prodigiulosos. In quorum etiā dem sententiam vt pedibus quoque in alterutro non illubenter eam multis plane argumentis adducor, pr̄sertim qui maximi, quod supra nos est diuinæ prouidentiæ quam naturæ, quā illa creat & ad nutum gubernat, tribuere. Non autem esse naturales, omnino negauerim, nempe non ignorans, eos sāpenuero natura, deo tamen cooperatore principe, fieri, illorumq; cauſas esse naturales ac interim a nobis intellectu comprehensibles. Quanquam et diuerso non inficias iuerim supernaturales esse eos, quos deus Opt. Max. totius creaturæ factor, syderumque conditor subito adeoque ex nihilo fortassis aliquando creat. Credi quidem par est, deum cuncta posse, & illum proutu suo, quæ indies tam naturaliter quam supernaturaliter fieri videmus, nonnunquam ex præiacente (vt si dicam) materia, nonnunquam sine illa creare. Fieri quidem posse, vt ille vel nube media vel sine etiamnum illa, vt pote cælo sereno prodigiōsius pluat. Quorū sane vtrūq; potest, qui nihil non potest, nunc nubes producēs ab extremo terræ, & fulgura in pluviā faciens, nunc vero operiēns cælum nubibus, & parans terræ P. ii pluviā.

FRIÐER. NAVSEAE MIRABILIVM.

pluviā. Siquidem magnus sit ipse dominus, & magna virtus eius, cuiusq; sapientia non sit numerus. Atque ideo fieri posse crediderim, vt cometes aliquid sit supernaturalis, vt quē De⁹ Opt. singulari ex causta ex nihilo producerit. Cuiusmodi dubio procul fuit columna illa nubis, qui dominus olim ex Aegypto in terrā promissionis interdiu, & colūna ignis, qua idē in tēnoctū (qua nunquā corā populo defuit) ad communstrādā viam tam pie quam mire praecessit Iraelitū. Nec absumilem fuisse Cometem censuerim, qui tantisper quandam Hierosolymis excidium portendit, siquidem contra Cometarum conditiōnem toto visus fuerit ac integro anno. Cæterum Cometas, vt plurimum, esse naturales non parum multi Theologi cū Philosophs & Astronomis adseuerant, vt qui ex naturalib; causis ferme semper, vt cumque deo authore præcipuo, subnascantur veluti subsequens caput offendet.

¶ Vnde secundum Philosophos & Astronomos generentur, & quidnam re ipsa sint Cometae.

C A P. VI.

Nec inter Philosophos & Astronomos de Cometarum p̄ductione proflus conuenient video. Anaxagora & Democrito coaliti ex duabus stellis fulgore mēsi placuit, quo generentur Cometæ. Quod & mihi nuper propemodum videbatur. Non desuere quoque, qui Cometem dixerunt, esse lucem opacam, nebula comprehensam. Itemq; fuerunt ali, qui illum esse putarunt, puram & defecatam terrestri contagio nubem, quæ a stellis iradiata efficeretur crinita. Insuper fuisse nonnulli, qui Cometem nihil aliud esse contéderunt quam nubem: quandam ignea claritate succensam. Quorū opinio- nis propemodum fuisse videtur Aristoteles, qui Cometem constare ratus est de vapore sicco, qui sursum delatus inflameatur, hūc fieri ex terrestri exhalatione, plurimā calida, sicca, pīgui & viscosa ad supmā aeris regionē poterē eleuata & accēla. Cui subscriptū pene pleriq; oēs nī tpijs Philoso. & Astronomi docen-

LIBER VI. F.LIX.

docētes Cometē non esse aliud quā vaporē terreum, eundēq; paulo grossorem, cuius partes sibi paulatim cohærent, prorsus ascendentem ab inferiore æstus parte, ad partem eiusdem superiorem, ibiq; ignis concavitatem contingere, vnaq; diffundit & inflammari. Constatre quidem stellam comas habentem, sī eri ex aere inflammatu ex ignis vicinitate, qui Cometæ materiam continet, dicique & esse Cometam aerem vicinum igni, qui vel ideo in se continet colorem ignis, quoniam vapor in ipso siccus inflammetur, continueturq; cum lumine flamma commoto ab inferiori aere, vbi consistat natura vapor eiusdem, q; diffuso eo, quod continuatur ei, fiat oblongus statimq; Cometæ & esse & dici incipiat. Hæc cum Aristotle recitatores Philosophi pene omnes, Verum a quibus longe dissident cū Stoici, qui Cometas esse stellas ut alias, & numero quidem ultra XXXII, tum illi, qui illos esse sydera a perpetua, suosq; ambitu ire, sed non nisi relicta a sole cerni crediderunt. A quibus etiā discordant, q; Cometas opinantur certis statisq; temporib; radiare. Eisdem vt nec ab iis plane dissentio ita non prorsus discesserim ab eis, q; existimant Cometæ quandam esse posse supernaturale, quandam vero naturale, eundēq; nasci humore fortuita & ignea vii deoq; solui. At id sequi necessum est, Cometæ non posse nec stellæ nec sydæ a nobis dici, nisi eis vocabulis abutamur, quanquam Augustus Cesar (quod in frontispicio nostræ explorationis admonuimus) Cometem illum, qui, ludos eō zende fulsit, quemq; Suetonius crinitam stellam dixit, sydus crinitum appellauit. Id quod fuisse nonnulli volunt stellam illā quæ magos ad Christum nuper natum duxit. Verum qbus cū mihi nequam conuenit, ob rationes, quas caput proximū recensebit. Inter ea quidem nolim ambulare in magnis neq; in mirabilibus super me, malens sapere ad sobrietatem.

¶ An stella, quæ magos ad Christum nuper natum duxit, Cometes, de quo Imp. August. fuerit.

C A P. VII.

P. iii. Ad-

FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

**A**dmonet Christiana nimírum pietas ut vel obiter hoc lo-  
co paucis explicem, qualis nam fuerit stella illa admirabilis, quæ magos stupente propemodum natura & ratione, ad Christum iam nuperrime natum Bethlehem perduxit, quam nonnulli perperam fuisse autumant Cometem illum, qui in ludi Aug. Cæs. per septem dies, Plinio testante, in regione cæli sub septentrionibus circa xi. diei horam subortus est, idemque non obscure conspectus. Qua de re quanquam vterque Picus Mirandulanus & pi. & grauiter disputarit, haud tamen est, qn ex officio quid inhibi tute lentiendum sit, breuiuscule differam, maxime, quod nolim videri aliqua ex parte hoc in negotio fa-  
vere Astrologi, vbi toto quidem cælo satisque impie errant. De stella proinde Natalitia Christi Opt. in hæc verba scribit veridicus Euangelista, εἰδειν γέγοντα την ανάστασιν Inter quæ verba ἡ ἀστρα Stella verit latinius interpres, & vere quidem & doce. Atque ait Euangelista. Et ecce stella, quam viderant in oriente antecedebat eos vñque dum veniens staret supra, vbi erat puer. Iam vero clarius quam dici potest constat, nec ἡ ἀστρα nec ἡ ἀστρα denotare Cometem. Quo magis conuincuntur erro-  
ris Phlegon & Harpocrates, qui existimauit stellam, q Magis duxit ex Oriente Iudeam pergentibus, Cometem habe-  
ri debere eum, qui Aug. Cæs. temporibus emicuit, quem ille prodatur ante natum Christum plures annos apparuisse, nec in Orientis, sed in Septentrionis regione conspicuum, vt qui in-  
ter initia principatus August. fullerit, & in regione cæli sub Septentrionibus, vt paulo ante memini. Nunc etiam quis sine scrupulo credat, satis in causa fuisse Cometem Magis, vt ipsi e-  
ius emersu tot itinera, tot labores sibi desumerent, quem alia portendere illu quā natū regē Iudeorū existimare potuissent. Credi proinde magis fas est, illos esse sequitosstellā, vel Seth libro pñasos, vel Balaam vaticinio motos, quandoqdem ex ei cognitione fuisse illos nonnulli cœfuerunt, vel iudicatos ab angelis, vel super adflatos lumine, vel somno etiā monitos, vt geo fortasse modo intellexerunt, quo & postea in somnis declinan-  
dum

L I B R V I . F L X

dum Herodem, & alia quam venerant via in patriam esse re-  
vertendum didicerunt. Hinc quam Iulianus impius desertor impie despuerit, dicere nemo sufficerit, vt pote q eā stellā noīe Aſaph iuxta Aegyptios fuisse adseruerit, & cccc. quoque solitam apparet anno, & tum dira' tum prodigiosa nunciare. Sed dic O perfide apostata, si ita volueris, quo nam pacto illā Magi stellam sua ætate amplius non visam cognouissent: quo pacto illis ipsiis natum Iudeorum regem significasset: quur & cccc. quoq anno alium regem Iudeorum mundo non pepere rat? Quir post M. & D. XXX, vel interim aut regē non pepe-  
rit, aut si effecta virib & sterili, sui saltem præsentiam non o-  
stendit: Erras igitur erras desertor impie, perperamq Christi  
anæ religioni derogare moliris, sed frustra. Siquidem secus ha-  
beat veritas, contra quam nemo feliciter vnquam colluctatus est, vt qua nihil est fortius, suo semper tempore vincens. Non ergo cometes fuit hæc ipsa stella Magis sed nouum quoddam sydus & astrum, vt in Graco scribitur Euangelio, non de iis au-  
tem, q ab initio deus ille Opt. Max. creatus in cælis, né pè pro-  
fus diuersum a fixis & erraticis, & cometis stellis, maxime qd non defuerint, qui voluerunt illam pueri speciem prætulisse,  
moti fortasse verbis eis Magorum. Ecce vidimus stellam eius  
in Oriente. Haud potuit proinde haud fuisse sydus miraculo.  
plenum planeque nouum: quandoquidem id ipsum vel simile eius ante a nunquam prodierit, nec post annos M.D. & XX  
(tot enim a Salutifero Christi ortu pteriere) vñsum sit, vt qd suo functione munere ab oculis mortalium prorsus euanuerit, nimi-  
rum factitium & temporaneum, non naturale nec perpetuum,  
ad id officij conditum a creatore, per quod significaret ille natū  
regem Iudeorum & miraculum sui verbi corporati & virgi-  
nis puerperium. De quo in lib. Catholicon & Homiliarum  
paulo fusius dixi, & fortasse quā hic longe commodius, hac par-  
te opportunius eo regressurus, vnde digressus sum, differens  
de cometis, de quorum portentis subinde agam.

¶ An

FRIDERICI NAVSEAÆ MIRABILIVM.

¶ An aliquid portendant Cometæ.  
C A P. VII.

**I**N quaestione venit, an aliquid noui portendant Cometæ. Ut noui & rari sunt illi, sic eos semper quiddam noui & rari portendere respondent plerique omnes, partim dum quidem quotidianis experimentis, partim ex causis, quibus illi producuntur. Quandoquidem Cometæ raro vel nunquam vidi sint, quos nihil sit aut noui aut inusitatæ aut hoc genus admiratione digni confequuntur. Atq; sane, quorū Cometæ non significaret aliquid noui, quem vel ideo nasci putamus, vt quid portendat, quum vel cetera in celo sydera credantur non solum vt hominibus inferuant, verum etiam, vt sint in signa & tempora & dies & annos a deo Max. creatar præsertim, cui a dominus Iesus haudquaque reprehendendo duxerit Phariseos & Saduceos, quod faciem celi dijudicarent, observatores celo prædicerent, cuiusmodi postridie tempus esset futurū. Si dem ruficundum vespere celi p̄dicat, diem posterā fore serenā, &c. Id quod vsque adeo creditum est, vt vel olim in protritum vulgo adagium abierit. Nec si quid vespere serus veyerat, Cuius ex Menippis Varronis Satyris & ex P. Marone meminerunt A. Gellius, Macrobius, Polydorus, & Erafmo ille magnus Roterodamus.

¶ Quid nam vel boni vel mali portendant Cometæ.  
C A P. IX.

**V**IT constat, Cometæ semper aliquid noui portendere, sic e diuerso compertum est, rareiter illos aut nunquam nisi aliquid malum non portendere. Cuius quidem argumento Cometæ ab authoribus haudquaque contemnendis signum timoris & formidinis dici coepit. Non sane quia quoquo modo illud sit timendum, quo male cuiquam facere possit, sed ille nimis. scilicet deus max. qui per Cometem prædicti præmonet que qd mali poenæ, modis sit omnibus ex amore metuendus, vt qui vel solus totum hominem, corpus & animam quem totum condidit, æterno potest & temporaneo damnare exitio. Ita quidem tradidit,

L I B E R VI.

Fo. LXI.

dunt, temporibus Imp. Caroli, cognomento magni, Cometem apparuisse atque ideo Imp. attonitum cum Egmando Philosopher simul contulisse & dixisse, quoniam huius apparitione nonnulli humani contra se mali portenderet. E diuerso illi, ne plus aequo moestus redderetur, Philosophum in hac prophetæ verba respondisse: A signis celi nolite metuere. Rursum Imp. occurrisse: Recte nimis, qd non aliud, inquit, timere debemus, nisi illum qui nostri est & huius creator syderis. Vox utique tanto digna Imp. plane communistrans, quorū Cometa signum appellari posse aut terroris aut horroris. Hinc iam olim Plinius Cometem adfirmavit esse terrificum magna ex parte sydus ac non leuite piatum, vt ciuii motu Octauio Consule, iterumque Pompei & Cæsaris bello &c. Ad quem sane modum vel ante ipsum Princeps Poetatum Vergilius Cometæ epitheton dedit dicitatem, sic inquit:

Non alias celo ceciderunt plura sereno  
Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ.

Idemq; alias in hac verba canit:

Nec secus a liquida si quando nocte cometæ  
Sanguinei rubent lugubre &c.

Quem & Lucanus sequutus cometem appellauit timendum sydus, ita canens,

Ignota obscuræ viderunt sydera noctes,  
Ardentemq; polum flammis celoq; volantes  
Obliquas per irane faces, crinemque timendi Syderis.  
Quem quidem Lucanum non minus hac in re quam Vergiliū Picus iupior Mirandulanus per quam docte & gnauiter se quutus, de cometa in hac verba concinit.

Non qui multifilos rutilanti vertice crines  
Exitio fertur miseris adserre cometes.

¶ Ex quibus & id genus principibus authoribus non obscuræ constat, cometem adeo plerumque semper aliquid mali portendisse, vt propterea ceptus sit appellari sydus mendacum.

Q. ¶ Quid

FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

¶ Quid mali portendant cometæ.  
C A P. X.

**Q**um modo pateat, cometas ferme semper non aliud quam mali quicquam portendere, iam deinde queri solet, quid nam mali ïdem significant portendantur? Respondeo, non eadem mala omnes sed varia mala varios portendere cometas, quam illorum diuersitas hac sit parte plurimum consideranda, siquidem iuxta illam variari consueverint eorum portentata. Arbitrantur enim referre in quas partes se se isti faciliuntur (co)metas quidem minari videntur ei terræ parti, ad quam suos potissimum radios paulo frequentius dirigunt) aut quarum stellarum vires accipiunt, quascum similitudines reddant, & quibus in locis emicent. Experimentis autem non paucis multis animaduertsum est, cometas modo portendisse sterilitatem terra, modo pestilētis morbum, modo annonam caritatem, modo ventos graues & aestus, modo terræ motus & inundationes, modo seditiones & prælia, modo regnum, regum & rerum publicarum mutationes, clades & calamitates haudquaque vulgares, & rā quidem frequenter, ut Lucanus non dubitat eum cometam appellare stellam, qua mutet regna, sic canens:

Ignora obscuræ viderunt sydera noctes.  
Ardentesq; polum flammis cæloq; volantes.  
Obliquas per inane faces, crinemes timendi  
Syderis, & terris mutantem regna cometem.

¶ Varia mala varios cometas sequuta fuisse ex non paucum multis ostendi exemplis.

C A P. XI.

**N**E quis vanum putet, quod vel ex aliorum sententia dixerim, varia portendisse mala varios cometas, visum est, rem paucis, & ijs quidem verissimi iuxta Historiam fidem exemplis testatam facere. Nec interim est, ut vel vniuersa vel singula a mundo condito repeatantur id quod nec multitudo eorum commode sum facturus; verum suscicerit magisque profuerit,

L I B E R VI.

F. LXII.

fuerit, ex multis paucissima & quidem ea, de quibus authores sive digni perfcriperunt, sub oculos ponere. Atq; vt ab infi gnioribus paulo rectius ostendatur, primum quis ignorat vel P. Marone, Lucano, Plinio, Suetonio, Appiano, Plutarcho hocque genus alii testibus, cometem, qui temporibus Iuli Cæsaris aliquamdiu apparuit, sublequita fuisse dum bella illa Civilia longe funestissima, sed & necem illam non satis lugendum C. Iulii Cæsaris ut qui VI. & L. ætatis sua anno deinde a LX. & amplius C. Castro, Marcoque & Decio Bruto primcipibus conspirationis Iribus Marcis in Pompej curia. I II. & XX. plagiis plusquam crudeliter confosius miserere perierit.

Nec est, ut interea quoque recensem, quales ac quantæ niuum, grandium, inundationum & id genus calamitates eundem subsequeuntur sunt cometem, quasalibi F. Horatius singulariter deplangit: Quis deinde nescit, quam ineloquibile & nunquam satis admirandum Hierosolymitanæ ciuitatis excidium fuerit Subsequitur cometem, qui tum, Iosepho & Eusebio testib; Hammis exitialibus ardore per totum vius est annum? Ea profecto eundem cometem clades paulopost sequuta est, quam do minus ipse totius misericordiae simulque vindex iustus multis ante annis praedicens non potuit non ex animo deplorare, ut qui, teste Euangelista, videns ciuitatem fleuerit super eam, & velut in auribus eius proloquitus sit hæc verba: Si agnouis es inquit, & tu in hac die tua, quæ ad pacem tibi sunt, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, &c. Nonne quoque cometem, qui circiter annum post Christum natum CCCC III. inlustitate admodum magnitudinis apparuit, sublequita est mors p̄fissimi Imp. Constantini, subindeque in Imp. factio satis perniciosa qua trucidatus est Constantius Imp. haud longe ab Hispanis in Castro, cui Helenæ nomen. Nonne etiamnum cometem, qui circiter annum post Christum natum CCCC. XLIII. effulgit, subsequeuntur sunt satis horrendæ (presertim in Gallia) clades atq; calamitates, & tum non multo post tempore Colonia Agrippina ab Huaniis deuastata & solo pene

Q. ij fuit

## FRIDER. NAVSEA MIRABILIVM.

fuit æquata, interempto apud Constantinopolim a conspiratio  
ne suorum Martiano Catholico Imp. Quā vero multiplex &  
horrenda calamitas sequuta sit cometem, qui anno post Chri-  
stū natum D. LXXXIII. resplenduit, Annales ita referunt,  
vt facilius eam quis cogitet quam recenseat, vt pote cuius me-  
minisse horret animus. Quandoquidem talis ac tanta  
post ipsum passim ceperit aquarum inundatio, vt toto or-  
be credi ferme cœptum sit, alterum fore dislouum. Subseq-  
ua deinde est apud Italos pestis quædam plus quam dira, quasi  
sagitta celitus detorta, alioqui inquinaria dici cœpta, qua ali-  
quot hominum milia mortem miserrime obseruerunt. Roma de-  
inceps a Longobardis obsecessa supermodum deuastata est, insur-  
gentibus haud tempore post multo contra ecclesiam Sarracē-  
nis, ac terriam fere Christiani orbis p arte in ad seclam suā lon-  
ge impissimam cogentibus. Quid hoc quoque loco commemo-  
rem calamitatem, quæ sequuta fuit cometem, qui circiter an-  
num post Christum batum D. CCCXIII. apparuit, admodum  
singularis & terribilis? Nonne defuncto deinde Carolo, co-  
gnomine magno, Imp. Christianissimo, Sarraceni Italij plus-  
quam horrenda clade adorci sunt, qui & tandem aduersus eam  
prævaluerunt? Nec interim, vt silentio transca, conuenit come-  
tem qui anno a Iesu Christi nativitate M. COXCIII. compa-  
ruit. Nonne & ipse utal non malis portendit, quænam anno deinde  
de domini M. CCCII. sequutum sit bellum illud Frandense  
multo memorabilissimum, Gallisque primum non satis dete-  
standum, vt pote in quo flos militie Gallicane non tam igno-  
miniose quam crudeliter necem oppetteret. Sub id quoq[ue] se-  
me tempus Rhodulphus Imp. Veronam Helvetiorum non abs-  
que ingenti suorum strage ob sedidit, qui & in bello demū (quod  
aduersus Albertum, Austria ducem gessit) haud dum corona-  
tus obiit. Cepitq[ue] sub idem fere tempus Aconem, etiatis multo  
nobilissima a Sarracenis destrui. Quantam vero malorum  
congeriem portenderit cometes, qui comis sursum erectis, ca-  
pite aut deorsum pendente, anno dominicæ salutis, M. CCC.  
LXIII.

## LIBER VI.

Fo. LXII. I

LXXXIII. in occidente transiens Septentrionem versus apparu-  
it, Galli non sine dolendo suo periculo experti sunt, vt qui non  
multo post tempore, anno videlicet incarnationis dominicæ  
M. CCC. XCVI. extra patriam apud Turcas admodum cala-  
mitose in bello succubuerunt, interemptis Christianorum vna  
cum Burgundie duce C. milibus. Nec multo post, nempe an-  
no Christi Iesu, CCCC. VI. Ludouicus dux Aurelien. regis  
Gallorum frater Parrhis dolo fraudeque in occasionem mul-  
torum malorum fuit occisus. Denique (vt temel finiam) quem  
fugit, quante int calamitatis subsequtæ cometam, qui anno  
post Christum M. CCCC. LXXII. Mensē Januario apud  
Colonian Agrippinam verius Orientem vagus admodum ful-  
sit? Nonne proxima tum æstate sic passim terra calore copit  
plus iusto feruere, vt aliebū subtus ipsam ignis visc ad arenam  
erupit? Vnde passim sequuntur bella & prælia & epidemias su-  
pra quam dici possunt horrenda. Quanta vero & quam varia  
cum bellatum prælia passim nec line summa laude & dubia sor-  
te succidaneoque tempore inter alios illis temporibus gessit. Ca-  
rolus, inclitus Burgundie dux, haud est, vt hic explicem, vt q[ue]  
vix iusto lumine contineri posint, non Naues. Theologa-  
strodes altero T. Liuio indiga. Sed quir hoc quidem loco pe-  
ne præterierim cometem, qui anno post dominum natum M.  
CCCC. VIII. fatis portentole comparuit, nec minus infinita  
numero quam vel dictu & auditu vel visu difficillima malafidi-  
cens. Siq[ue]dem non multis post diebus ceciderit Leodiu XL.  
hominum crudeliter interfecis. Subq[ue] illud tempus Brutheani  
aduersum Poloniæ regem belligerantes inaudita pene suorum  
strage superari fuerint. Isidemq[ue] temporibus concilium Pisani  
Schismatis priciosisissimo finit, quum propter unionem facienda  
fuerat coactum. Cœpit & sub ea tempora plus quam male ecclæ-  
sia labefactari. Cui Sigismundus Hungariae rex ita suspectas  
culit, vt facile cognomen libi Christianissimi vèdicare potue-  
rit, quanquam non satis felicitate vna cum Germania principi-  
bus adorari coepit. Boemij, tu Hussitana heresi plurimæ nec  
Q. in fine

FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

sine summo sui incommodo laborantem, iam vero te Christianissimo rege felicius resipiscentem. Deus ille Optimus Max, Maiestatem tuam inclytam huic fam florentis, regno, smo toti terrarum orbū, cui iure præs, diutissime tam incolumentum quam felicem seruet ac tueatur in decus & illius ornamentum & incrementum. Insuper hac quoq; parte decreueram paucis commemorare mala, quæ se quota lunt cometē, qui anno ab hic XI. i. Austria, Archiducatu tuo longe maximo non sine deplorando portento cū alijs compluribus prodigijs & quædem caelestib; aliquamdiu comparuit. Vt quomodo illa conscribēs, q; deinde se quota sunt, mala a lachrymis temperauerat quā vel eoz meminisse horrea animus, lucutq; refugiat? Qui etiam inibi renouare tentem infandum inclytæ tuae Maiestatis dolorem, vt quorum ipsa pars fuerit pene maxima? Sed dabit & ijs olim deus finem, suppliciter a nob exoratus. Quo autem negleto non erit, quin picula multo peiora vniuersa Germania ab immanissima Turcarum natione sint futura. Atque utinam Germani principes lente festinarent, nec paulo diutijs de præsidio aduersus latrociniū Turicum comparado deliberarent. Hactenæ de congerie malorum, quam fide non dubia multis iam olim sacerulis cometæ plus quam evidenter portederunt. Supereft, vt videamus, an illi nonnūquā boni etiam quiddam portendant, quod per quam plurimi negauerunt, quā vere locus subsequens indicabit.

An Cometæ nonnūquā quid boni portendant.

C A P . XII,

**Q**um non parum multis rationibus, & exemplis non platis compertum sit, Cometæ plerumque semper aliquæ mali portendere, sicut & non paucis audio, num possint & idem aliquando quid boni significare? posse, inquam, sive sunt naturales, sive supernaturales. Primo quidem quoad supernaturales dubium non est, quandoquidem Deus Optimus idem qui sapientissimus suis, quos haud ad perditionem condidit, tam lata quam tristia per sydera denunciare consueverit. Non

ne

L I B E R VI.

F.LXIII.

ne enim is per arcum in celo, quem nos iridem vocamus, securitatem a diluicio perpetuam mundo significauit? Nonne idem per retrocessionem Solis palam fecit Ezechiae prorogata vitam atque illum diutius vieturum denunciavit? Nonne idem quoque Euangelium suum longe optimum & latissimum, vt quo nec melius nec letius excogitari queat, scilicet Christū lesum nobis natum, sydere nouo ne dum Magis sed & toti secundum ipsos orbū terrarum te status est? Ita nimirum non est, qd dubitemus, quin & per sydus illud crinitum nob̄ quid boni pro loco & tempore significare possit ac velit, vsque adeo, vt dixerit, A signis celi nolite metuere, que timent ḡtes, quia leges populorum vanæ sunt. Nolite ergo timere ea, quæ nec male facere possunt nec bene. Quoad naturales etiam Cometas dubitari nequit, quin boni quicquam aliquoies significare possent. Id quod ratione erit & ex exemplo non difficile commonstrare. Cū enim teste Abieno (qui authore Seruio Grammatico Cometarum nomina & effectus Lambis conscripsit) Cometæ fiant de quacq; Planetis, vt pote Venere, Ioue, Marte, Saturno & Mercurio, simulque prouincient, qui de Venere sunt & Ioue optimæ, fieri nequit; quin & aliquando Cometæ, præsertim qui de Venere & Ioue producuntur, haud semper mala portedant sed aliquoties etiamnum bona. Huius autem argumentum eē posset non omnino contempnendum, cometes, qui quondam diu Imperatori Cesari Augusto tam faustus est iudicatus, vt tum in templo Rhomæ in uno totius orbis loco coli exceptus sit, quoniam is incipiente illo ludos per septem dies in regione celi apparet solummam ei felicitatem denunciarit. Cuius deinde sic ille factus est compos, vt Augusto nullus in Imperio dictus sit felicior, quemadmodum Traiano melior nullus: Quinimmo & vulgus tum credit, eam Crinitam stellam significasse Cesari tam super defuncti animam inter deorum immortalium numina receptam, qua significatione nihil arbitrii sunt esse vel latius vel melius. Expropter INCYTE REX, quāuis Cometæ qui nup nobiscum refluit, plurimū mali putēt orbū.

FRIDER. NAVSEA MIRABILIVM

orbis portendere, non tamen dubitarim, quin interea regiae tuæ  
Maiestati plurimum boni nunciet, quoniam nihil sit in eius ge-  
neratione cause, quod in illam ipsam Maiestatem tuam quoquo-  
modo respiciat. Qui etiam (quæso) male ominari de te possem,  
cuius est nomen huius ævi longe felicissimum, huiuscq; ætatis  
nauta auspiciatissimum, & maxime, quem sic ubique diuini nu-  
minis fauor bene adiuuat, vt proflus sperem te fauore eodem  
non ante a mortem visurum, quam ipse pulchra Germanus ori-  
gine Cæsar, Imperium sis Oceano & famam astris terminatu-  
rus. Quod omnibus esto votum. Atq; hinc est, quir nolim sic  
male sydus hoc nostris tuis crinitum a quopiam dñjudicari, quo  
minus felix idem & faustum nobis esse queat.

¶ Quibus nam personis & terris præcipue malum  
portendant Comete.

C A P.

XII.

**Q**uarti solet, quibus nam terris & personis præcipue ma-  
lum cometa portendant. Equidè non crediderim cer-  
to potie hac de re querentibus responderi. Quandoquidè non  
hjdem nec ab vna eademq; sunt causa omnes cometæ, verū non  
nulli sint naturales, nonnulli aut̄ supernaturales, & a Deo diui-  
nitus aliquoties producti, sintq; illi indiscriminatum tā portendē-  
do dubij, vt Lucan⁹ puteat illos nec nautas nec populos impune  
uidere, vt qui nulli non portendant, ideoq; ab omnibus metuē-  
di. In cuius ego sententiam vel maxime iuerim, cum appareat  
cometæ supernaturales & a deo producti. Qui proculdubio q̄s  
velit omnibus personis portendē quid mali, quæ male contra illi-  
us legem viuētes a malo non desistunt, quas ille singulariter co-  
metis velut horredis quibusdam minis a malitia ad bene beate  
que viuendum pro sua ineffabili erga illas benignitatē, clemē-  
tia, longanimitate & pacientia dehortatur, penitentiam expe-  
ctans, veluti plus quam euidenter arguit olim in Hierosolymitanos,  
quos anno quidem integro per factis horrendum cometē  
culpæ & facienda pro ea penitentia serio admonuit. De natu  
ratis vero cometis alter cœluere Philosophi & Astronomi,

VTCUNQ;

L I B E R

VI.

Fo. LXVI.

vtcunque nec illi citra singularem Dei Opt. Max. voluntatē,  
nec absque causa memorabili producentur. Ego vt illos non  
puto portendere & operari modo, quo nugatur Astrologi, de  
quibus ob inclytam tuam Maiestatem in libro nostrorum Ca-  
tholicorum fuius prescriptissimus, ita non profus duxerim ex-  
plodendos, qui plurimum arbitrantur referre, in quas (vt paulo  
ante quoque diximus) eſe illi partes iacentur, quarum stella  
rum vires accipiant, qualque similitudines & colores reddant,  
& quibus denique temporibus & locis & sub quibus cæli si-  
gnis, & cuius planetae adspicere emicent. Sunt enim q̄ vel nul-  
la permoti ratione contendant, cometæ tibiæ specie arti Mu-  
sicæ & huius studiosis portendere. Obscenis autem morib⁹ in  
verendis partibus signorum, ingenio & eruditione pollutibus  
si triquetram figurā quadrat amue paribus angulis ad aliquos  
perenniū stellæ situs ædant. Sub Marte & Saturno productos  
plane periculo esse plenos, quoniam deterrima pronuncient, q̄  
bus autem sint meliores, qui sub Venere & Ioue producūtur.  
Mercuriales vero eē tales, quales sint, quibus adherent. Au-  
tumnane & nonnulli cometas sub Saturno plumbej, sub Ioue al-  
bi, sub Marte rubei, sub Sole aurei, sub Mercurio cœrulei eē co-  
loris. Vnde qđ plæriq; eos in vniuersum natura portendat, haud  
difficile iudicari posse, principib⁹ tamē viris, vt pote Pontificib⁹  
Cardinalib⁹, Episcopis & imperatorib⁹, regibus, ducib⁹ & hoc  
genus summatius plærunque semper & quidem deteriora  
portendere; quanquam nihil ausim hac in parte pronticiare, qni  
mo Astronomos de eo quod superest, interrogandos existimau-  
rim, quarum est partium vleriora disputatione, post q̄s tamen pau-  
lo deinde nonnulla, quæ in rem facere putauerō, adjiciam.

¶ Quo nā pacto Cometæ portendant & portendere valeant.

C A P. XIII.

**T**Ametsi multipharia constet, Cometas portendere, non ta-  
mē est, vt credam⁹ (qd Astrologi ppterā senserūt) eos posse  
signa esse eius rei, cuius causa non sunt, quū nec , vt in nostris  
ad regiam tuam Maiestatem Catholicis abunde disputauimus,

R diui-

FRIDER. NAVSEAE MIRABILIVM.

diuina miracula a celo fiant nec significant. Non enim potest eo metes causa vel effectus esse vel belli vel mortis aliquius, vt cumque hanc vel illud ceu signum ex causa naturali portet. Esse ergo quoquo modo potest, si id quod pestiferia & bellorum causa est, cometæ etiam stellæ causam putemus. Siquidem vaporum copia in sublime perlata, vbi accensa nimium præter ordinem fuerit, & cometas gignere, & pestilentem aerem promovere, & exire animos hominum ab bella potest, excitata scilicet in hominibus bile, quum in armis & caedibus frequenter irruunt, qui rationis habent pothabent, vnde non sit difficile suble quitura regum & regnum vel rerum publicarum mutatio vel destruicio, quum regnum in se diuissum non possit esse diuturnum sed necessum sit, vt breui cadat. Præterea, quum cometæ naturalis generatio significet ingētem alicubi fuisse tum caliditatem licitatem (nam alioqui tanta pro eius generatione materia non eleuata fuisset) fieri adsolet, vt frequenter cometæ terris, & maxime arenosis & non paludinosis sterilitatem portentat. Jam vero, quia identidem constet, venenatos alicubi halat & vapores per quam plurimos per fortē Astrorum actionē eleuari, profecte credi potest cometentum portendere pestilētiā, ex aere per venenosos eosdemq; eleuatos halatus & humores corrupto prouenientem. Quia etiam ratione siccitas ad bella homines incidunt, fantasmam perturbat, sensus immutat, eoque pacto ad seditiones incitat, hisque rationibus plures ventos & terræ motus ac inundationes, siquidē tum plures exhalationes ad ventorum materiam eleuentur, & impediti eleuare terram rumpant, fluctusque deinde mari (vt adsolent) ad inundationem parent. V eluti nostra & patrum memoria, partim superioribus annis abunde comperimus, atque ego hoc ipsum in nostro ad Reuerendissimum in Christo patrem D. Ioannem Fabrum, Episcopum Viennen. & inlyte tuæ Majestatis a Consilijs multiplici nimirum, nomine dignissimum de terre motu responso pro virili disputauit. Ceteræ quicq; tandem buiūs ē negocij, haud ē vi ipe plurib; hac pte morer, q; facile ere dide-

L I B E R VI.

Fo. L XVI.

diderim, Deum pro sua in nos pietate natura vel media, non secus atque instrumento quopiam eiusmodi producere cometas, vt ille sic admones nob̄ futura significet atq; denūciet, quo moniti a malis ob quæ illi, deo iubente, aduersa portendūt, pce vite amus. Siquidem ille rarenter aut nunquam a saeculo condito prævia monitione nulla mundum supplicio adfecerit, quæ admodum passim sacrat literis.

¶ Quir Cometæ potissimum viris principibus vtpote regib.  
& Imp. &c. male portedat. C A P. XV.

T'Am non falso creditur Cometas præcipue principib. vi-  
ris male portendere, vtpote regibus illorumq; regnis, vt  
pene nullus vñquā Cometes apparuerit, q; non præcipue alicui psonæ, cuiusmodi est rex, mali quicquā vel morte portendisset,  
vti ex dictis paulo superiorib; plane pspicuū euadit, adeo qui-  
dem, vt Lucan; ipsum Cometem censuerit, qui regna mu-  
taret, inquietus.

Crine que timendi

Syderis, & terris mutantem regna Cometem.

Cui Iuuinalis subscribens ait:

Mense, quibus verbis concubat queq; modis quo  
Instanter regi Armenio, Parthoq; Cometem

Prima videt &c,

Sed hoc q;ri loco solet, qdnam in causa sit, quorū cometes poti-  
ssimi regib. & imp. hocq; gen; p̄cip. viris portedat: In causa,  
respondeo, non aliud eē putarūt, q; ad naturales cometas, quam  
quod illi p̄leq; ceteris delicati & int̄operati viuētes, ab aere  
corrupto citiū inficiātur. cū mali cām clādestine seū soueant, &  
medicinae subinde paulo fortioris impacientes citius pereant.  
Quo vero ad supernaturales, & ad Cometas a deo productos  
caussam eē augurātur, qm de p̄ctissim⁹ admoneat illos future  
in eos p̄cē, q; vel in se ipsiis vel in suis, quibus præsunt, præci-  
pue peccarunt, & ipsos ut cum suis a peccatis peniteant pater  
ne cohortatur, fixta regem illum longe mansuetissimum, alibi  
serio quoque admonitum & dicentem ad dominum pestilentiā

R ij pro-

N  
R  
A  
D  
S  
A  
R  
A  
D  
N

FRIDER. NAVSEAE MIRABILIVM.

propter ipsum peccata immittere. Sufficit nunc, contine manus tuas. Ego sum qui peccavi, & ego inique egī, isti, qui oves sunt, quid fecerunt? Praeterea, cui quam regi portenditur, si regno, cui ille p̄est, portēdūtur? vt pote qui rex a regno sit & huīus peccatum regi, qui vel suo exemplo malo occasionem p̄catō dedit, vel a peccato populi cohibere potuit, nec fecit, non iniuria imputetur, & adeo quidem, vt Apostolus quoscunq; p̄positos censuerit non solum pro suis sed & pro aliorum animabus rationem deo Max. reddituros. Atq; idea reges vniuersos regis autem appellatione hac in parte venire volo vñācūq; qui ceteris officio quoquo modo p̄stat & dignitate) rex ille manuetis, & prudētis. olim David non frustra. Et nūc reges, inqt, intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, seruite domino in timore, & exultate ei cōtremore. Apprehēdite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereras de via iusta. Cū exarserit in breui ira eius. Proinde non ē Ferdinand rex inclyte & clementis. Cæsar, quod tibi vel tātillum ob cometē nup effulgente timeas, vt qui tibi nec naturaliter product⁹ aliquid mali portenderit; quandoquidē tam natura sis quam vita, & huius consuetudine ab omni crapula & voluptate plus quam alienus, cibi potus & somni parcissimus, quippe dubio procul rex ille nobilis, de quo alibi līcriptura, cuius principes non mane comedunt, sed vescuntur in tpe luo ad reficiendū, & non ad luxuriā. Atq; inde ē, quod vita sis semper incolumi, quā tibi p̄tm diuini numeris indulget benignitas, partim, eadem adspirante, tua paruit industria. Cuius deo authore, partē non minima tibi summa cū laude comparasti post alia aliorū probatissimorū scriptorū volumina (quaē ad æmulationē veterū illorū regum & Imperatorū a superioribus negotiis paululum feriatus summo cū iudicio & sublimi admodum ingenio citra tuorum molestias legere confueisti) ex eo nunquam satis laudato libro, quem ad inclytam tuam Maiestatem nec sine cæteroruſ fructu līscriptis de principe Christiano F R A S M V S ille noster magnus Roterdamus, doctor inter oēs tam incomparabilis quam tu princeps inter omnes.

## L I B E R VI.

F. LX

nes nulli secundus, nimirum sine contouerter rex singulariter  
eximius, ac numeris omnibus in Dei Opt. laudem & tuorum sa-  
lutem absolutissimus. Qui & hac ratione omnino nihil tibi ha-  
bes a comera nuper enato formidare, vt qui int erim quoq; cu-  
tu ante celsore Carolo Imp. magno illum dunataxat timeas &  
metuendum scias, ac in eum confidas solum, qui tuus es, & hu-  
ius syderis nostriq; creator omnium. Hic vt suo te propitio nu-  
mene haec tenus prosequitur, ita prosequiturus est deinde. Qui  
si tecum, quis contra te? Nunquid timenti illum occurrunt ma-  
la? Nonne, scriptura teste, ille te intentione conseruabit, &  
malis liberabit? A quo ergo trepidabis, quem illi tuae protec-  
tor si vita, contra quem nemo q;quā potest. Igitur haud time-  
bit cor tuum, si consistant aduerlus te inimici caltra, sicq; exur-  
gant aduersus te prælia. Verum expectans dominum viriliter  
(quod facis) age, conforteturq; cor tuum & sustineat dominum  
simulq; dices. Dominus mihi adiutor, non timebo q;nd faciat  
mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos  
meos. Noli proinde timere, cum Mose vultur magnalia domi-  
ni, in quo facies virtutem, quoniam ipse solus sit, qui dat grati-  
am & gloriam. Interim regia tua Maieetas ab eo postulabit, si  
indiguerit, sapientia, & ipse datus est abunde nec imprope-  
rabit. Haec tenus per digressionem, vnde regrediemur ad ex-  
plorationem comerae, eius præsertim, qui nobiscum nuper ali-  
quamdiu comparuit, audituri, quid is portenderit.

¶ Quid & quibus portenderit cometes qui hoc anno post Christum natum M. D. XXXI. Calendas. XIX. Septemb. Moguntiae & alias primo visus, & evidenter ab omnibus est notatus.

## C A P. XVI.

**Q**UAM non me fugiat iam deinde queri, quid nam mali  
cometes qui nuperrime nobiscum, hoc scilicet anno post na-  
tum Christum M.D.XXXI.circiter XIX.Calend. Septemb.  
vistus est, & adhuc, dum haec a me scribuntur, palam videatur,  
& quibus portenterit, haud erit, quia minus & huius sim pro vi-

R. in gili.

FRIDER. NAVSEAE MIRABILIVM.

tili responsurus questioni. Atq; vtinā non tā verax sim respon-  
sūrūs quam non sui falsus interpres eius terræmotus, cuius an-  
no ab hinc tertio tam tremorem quam non multo post tempo-  
re effectum, nec sine dispendio & quidem impune hactenus) Moguntia sensit. De quo nostrum extat responsum, in Arna-  
les non dubia fide relatum? Porro hic nobis est sermo suscep-  
tus de cometa nuperrime suborto, qui certe non potest non aequa-  
magnam atq; communem omnibus tam ecclesiasticis quam ple-  
bis ijsdemq; Laicis (velut typus hoc subsequeens loco non ob-  
scure declarat) malorum congeriem portendere, & singularem  
quandam toti quidem orbi correctionem & plagam. Significa-  
uit hoc ipsum cometæ forma & figura, quæ fuit ad modū sco-  
pa vel virgæ vel falcis virgei. Quam sane figuram virgæ, cre-  
dimus figurasse & prædictissime nobis virginam, de qua dudum p  
Prophetam dominus. Visitabo, inquit, in virga iniuriantes eo  
rum, & in verberib; peccata eorū. Consuevit vtq; deus Opt.  
in certiorem admonitionem signis portendere, quæ a signatis  
non dissident in forma. Quemadmodum ille offensurus præ-  
dicturusq; Iudeis captiuitatem Babyloniam, dixit ad Hiero-  
niū: Fac tibi vincula & catenas, ponesq; eas in collo tuo, &c.  
ad designandum captiuitatem illorum. Siquidem Titi Vespasi-  
ani exercitum contra Hierosolymitanos ante in astris præsi-  
gnauit per in celo hastas quasi cohortes armatas, & per aera  
equites discurrentes, auratas stolas habentes, quos illi dudum  
antea multisq; diebus sed admodum negligentes conspexerit,  
in signum proculdubio quod olim essent ab hostibus diripiendi  
vna cum sacris suis. Id quod anno post Iesu ascensionem.  
XLII. factum non ignoramus, sub T. Vespaf. Imp. Nonne &  
cruces, quæ anno post Christum natum M. D. de celo in-  
vestes hominum cadere videbantur, atque inibi apparere, su-  
um præsignarunt effectum? vt pote funestum illud bellum in-  
ter Illustriss. principem, Rupertum, filium tertio genitum Phi-  
lippi Comitis Palatini Rheni, principis Elect. & inter Illu-  
striss.

L I B E R VI. Fo. LXVIII.

striss. principem Albertum Bauariæ ducem? Siquidem illi-  
lus vexilla in bello crucibus nigris, huius vero crucibus tube-  
is consignata fuerint, sintque hoc nimirum pacto completa an-  
no post Christum natum M. D. IIII. que cruces illæ cæle-  
stes anno post eundem natum M. D. prius non sine horrore  
portenderunt. Verendum proinde, ne cometa hic nostrar, ad  
modum virgæ, prædixerit nobis, virgin illam Propheti-  
cam, qua deus nostras peccata correcturus. Si quidem hic  
cometes fuerit naturalis, nihil plane in eo fuisse intelligemus  
quod non summi quiddam mali portenderit ex eo, vnde i-  
psum velint productum Philosophi. Primum quidem quod  
ille iusta ex parte sic ab occasu propemodum deflexerit ad A-  
quilonem, vnde, Propheta teste, omne pandetur malum, vt ni-  
hilominus interim & reliquæ celi terræque partes sat mi-  
nabundus adspicerit, vt qui sibi non aequo semper nec situ  
nec motu constiterit. Addiderim, quod is versicolor sedula mu-  
tatione apparuerit, vt pote modo sub pallidi, id est plumbi  
& Saturnini, modo rubei & Marciani coloris iusta ex parte  
visus. Insuper, quia ille quoque sub Saturno & Marte, planetis  
& signis paulo iniquioribus ita durasse perhibetur ab Astro-  
nomis nonnullis, vt aequo nobis famen & bellum atque pestem  
nec vni solum & alteri terra, sed toti quidem orbi portendisse  
videatur, qm in omnes ferme cæli partes portentose fuerit mo-  
bilis idemq; versatilis. Præterea si idem cometes supernatura-  
lis, & a deo præter rerum & naturæ ordinem vel natura media  
productus fuit, non potuit identidem non orbi pessima quæq;  
mala portenderet: quum sine controvëria per eum de Max.  
suam fore vindictam eis significauerit omnibus q; peccarunt,  
& impenitentes peccando perseuerant, lamvero quis negauerit  
sic totam vbiq; terram esse corruptam iniquitateq; differat  
vt merito Deus ille Max. ex eodem cometæ quasi ex nube qua-  
dam dixisse videri poslit? Finis vniuersæ carnis, venit coram  
me. Repleta est terra iniuriae a facie eoz, & ego dispdam eos  
cum terra. Siquidem omnes declinauerint simulq; inutiles facti  
sint,

FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

sint, nec sit, qui faciat bonum, nec sit vscq; ad vnum. Id quod ut ita esse nemo facile sit inficias iturus, ita nemo est arbitror, q; ne gare ausus sit, hunc ipsum nostri temporis cometam plarisque omnibus communemvariarum calamitatum congericem portendere, præsentim tam prorsus iniquæ temporum & mortalium, & eorum, quæ nunc toto passim orbe geruntur conditionis rationem habuerit; quodquidem nihil nunc vspiam (pro dolor) amalo sit immuno, nec quod sibi recte constet, laboretque alicubi caput cum membris vscq; adeo ut totū fere corpus sibi ipsi nulla etiam Cometa apparente ruinam & in territionem portet; dat mineturque, & imprimis quidem, quod nunquam fuerit quæ hac temestate nostra vberior vitiorum copia. Adeo nimirum, ut haud puteam futurum, quod nostris morib; additura sit postea ritas, quum omne stet in præcipiti vitium, Proinde non est toto terrarū orbe vereor, qui se priorsus & unde quaque ab huius criniti syderis portento tutum fore posse adsumare, nisi qui nullius sibi est malicongius. Quamquam ne is quidem futurum sit vbiique a clade immunitus, quin vel ob peccatum alterius cladem quæ futura est, fortasse sit subiturus, in suam tamen salutem non perditionem, vt pote cui, quia Deū dilit, vel pessima quæq; cooperentur in bonum. Quo sane pacto Deus ipse Opt. Maximus pro sua inperuestigabilis sapientia & iustitia plerumq; probos & que corripit atque improbos, vilias, scripture teste, paccata patrum in filios & in tertiam & quartam generationem; quamuis patriarcha illle Abrahamus iustum cum impio perdendum non putauerit, ac ipsi quoque meliora speremus, qui per penitentiam dei Opt. Max. indignationem flecti posse haud quaquam dubitamus, vt ex capite subseqent, eodemq; huius nostra super Cometarum conditioni bus explorationis ultimo commonstratur sumus.

LIBER VI. Fo. LXIX  
TYPVS COMETÆ, QVI HOC  
Anno post Christ. natum M.D.XXXI. apparuit.



AN MALA QVAE COMETES  
portendit ne euentiant quoquo modo præueniri  
& immutari queant.  
CAP. XVII.

S Superest

F R I D E R . N A V S E A E M I R A B I L I V M .

S'V pereft Ferdinand rex inclyte, idemq; Cesar augustissi-  
me, vt regia eademiq; inclyta tua Maiesias, vtcumq; (quod  
equide sciam) sibi nullus cum Apostolo mali conscientia, pro pec-  
cato populi regem illum Niniuitatum longe cordatis summa iimi-  
tetur, ac lurgens de regio throno tuo nobiscum vna sacco in-  
duatur, supples in hac verba cum rege Manasse, numero dū  
taxat verborum mutato, oratura. O domine deus omnipotens  
qui fecisti cælum & terram cum omni ornati eorum &c. quæ  
pauent & tremunt a vultu virtutis tuz. & insuffitabilis ira  
super peccatores comminationis tuæ, immensa, vero & inuefti-  
gabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es dominus  
altissimus super omnem terram, longanimus & multum misericors & po-  
nitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum  
bonitatem tuam promisisti penitentiam non iustis Abraham,  
Iaac, Iacob, iis qui tibi non peccaverunt. Nos vero peccauimus  
cum patribus nostris & iniuitate fecimus, ideoque fe-  
ctimus genua cordium nostrorum, precantes ex te bonitatem do-  
mine: quoniam peccauimus domine peccauimus, & iniuita-  
tem nostram agnoscimus, peritius rogantes te domine, remit-  
te nobis, remitte nobis, ne simus perdas nos cum iniuitatibus  
nostris, ne que in æternum referueres mala nobis, quia indigneos  
saluabis nos secundum magnam misericordiam tuam, de no-  
stris peccatis in furore tuo vindictam non sumpturas &c. Nuc-  
demus CLEMEN TISS. RX, quis fecit, imo qd  
dubit, si ad hunc modum ex animo penitentes humiliabimur  
sub potenti manu DEUM AX. ipse aurore sua in nos  
ire reuersurus ignorset & non peribimus? Quid nisic credamus  
de eo, quum non ignoremus quā clementer suscepit ille qd  
dam Niniuitarum penitentiam, vt quoniam ijs de via suamala  
conuersi sunt. Idem quoque missertus sit super malitiam, quam  
loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Quir id ipsum non  
speremus illum & nobis facturum, quando tunc æque sit atq;  
olim.

L I B E R . VI.

Fo. LXX.

olim misericors, vt pote cuius misericordia plena est terra & vi-  
quæ ad cœlos mirabiliter magnificata, nec eius adhuc breuiata  
fit manus, vt salvare ne queat, nec eius sic auris aggrauata, vt  
non exaudiat, modo nostra iniquitates inter nos & ipsum non di-  
uidat, nec peccata nostra facie ipsius ne possit exaudire abscon-  
dit. Insuper haud est, vt a signis cœli timeamus, quum illa si-  
ne Deo Maximo nil plane valeant, vt quæ ad nutum illius fa-  
ciant, cuſſeruent sydera vniuersa. Non est igitur, inquam, vt  
portentum huius syderis vel quamlibet malum, sed eum time-  
amus, qui nostri est omnium & huius creator syderis & alti-  
orum omnium. Qui cum eius sint opera cœli, facile eos pro nu-  
tu suo & sydera in eis quoq; ceu opertoria quæpiam mutare  
poterit, mutaturus & huius criniti syderis portentum, vbi po-  
nitentes tempus nostræ visitationis non (vt olim Hierofolymi  
tani) neglexerimus. Illi enim (quod omnino constat) eſi pari,  
quo nos sydere inter cetera prodigia perinde atq; vero celi e-  
dictio ad penitentiam reuocarentur, tamen aut non credi-  
derunt vel cœci & pertinaces cœli minas contempserunt.  
Ad quorum vindictam licet Deus ille Optimus Maximus len-  
to admodum gradu procerferit, tarditate tamē ipse suam supplicij  
grauitate tamē prodigiose compensavit quam illis antea porten-  
tose minatus vindictam fuerat, vt cuius ultio antecedet em sce-  
leftum raro pede clando deseruerit. Ipse enim ne quaquam im-  
pune se contemni sinit, qui dominus est omnium. Atque utinā  
eorum, de quibus memini, Hierofolymitanorum non esse nimis  
tātopere similes, & tot pariter interim non fecus atq; illi signis  
& prodigijs admoniti non contemneremus illius pietatem &  
clementiam, qui suam nobis dexterā potius per ea ostendit quā  
insert, nimis rūm eiusmodi sua nos bonitate & longanimitate ad  
penitentiam adducens. Quā sane nisi suscepimus, haud sup-  
erit aliud, quam hoc grauius supplicium, quo ſepiuſ admoniti  
reſipſere noluimus, vt qui post tot tamq; portentosa hiſce ani-  
nis celo, terra maricq; signa & prodigia, & hoc iā denū qd tam  
dirū in celo sydus, quod recte Cometen vocat, non aliter atq;  
verum

V in verum

FRIDER. NAVSEAE MIRABILIVM.

verum c'eli edictum cæci pertinacesque negligere vīs sumus.  
Cuius profecto portentum (vt idem s'pius ex animo repetat) non s'cūs effugiemus, quam vbi supplici pro peccatis nostris p'c'r'ntia iustam illius in nos indignationem flexerimus. Si quidem ille solus sit, qui tanti prodigi' portenta mutare possit, vt qui illud vel solus in signata prodigia xerit, de seipso dicens. Ego dominus, & non est alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Vnde Propheta quidam non adsp'ndans ait. Si erit malum in civitate, quod dominus non fecit? Ideoq' nolim tā esse ini quis Christiana pietatis Theologaster, vt velim sequi vanā & plane superstitionē illā p'scorum Rhomanorum aliorumq' populorū circa prodigia, omnia ostenta obseruacionem, quam illa ipsa fieri ita olim prorsus repudiavit, omnia p'f' & sapienter ad diuinam prouidentiam referens. Cuius & hoc quidem loco me religioni satisfacturum arbitror, si quisquid est, quod vel de Cometis vana illa vetustas paulo superstitiosus seruavit, ad Dei Optimi Maximi prouidentiam refero, piaque voce tester, nihil supranihil infra fieri, quod non illius aut iussu fias aut permisisti. Cuius diuina gratia Inlyte Cæsar regiam eandemq' inlytam tuam Maiestatem non solum ab huius portentosi syderi, sed & ita ab omni malo nūquam non tueri dignetur, ut pleriq' omnes a malo, te feliciter superstite & incolumi, simus immunes. Id e quidem tam ex animo optauerim quam quod maxime, non ignoratus, salutem illi nostrī esse omnium salutem. Quod modo reliquum est, rex sacratissime supplex oro, quo vere gloria & regia illa tua Maiestas, hoc quicquid mere est ad ipsam operæ, curæ, diligentie & explorationis, pro sua illa regia plane que inuitata pietate & clementia, quædammodum priora mea omnia, sic boni & quieti consulere dignet, ut id illi gratum fuisse quoquo modo sum intellecturus, aliud nec cupiens nec ambiens.

Soli Deo Opt. Max. laus, decus & gloria.

FRI

FRIDERICI NAV.

SEAE BLANCAMPANI, DE PRAE-  
cipuo huius anni post Christum natum M.D.XXVIII.  
apud Moguntiam terramotu responsum.

Liber Septimus.

Matth. xxiiij. Marc. xij. Luc. xxi.

Eterant terramotus per loca &  
fanes, initia dolorum.

PIENTISSIMO VI.

ENNENSIVM EPISCOPO D. IOAN-  
NI FABRO & inclv'iss. Rhomanorum regis Ferdinandi a consiliis  
digniss. & consultiss domino & patrovo suo selectissi-  
mo, Fridericus Nauea.

ENoratissime præstul, responsum, qd anno abhinc III. ro-  
gatus de terramotu reddidi Reverendo ac nobili viro  
D. Laurentio Truchessio a Bonnensiendt. Moguntino tā De-  
cano. Id qd vna nunc tibi, Mercenari meo incomparabili vel pre-  
mio reddo, qd hoc spm anno supiore Auguste i comiciois Imp<sup>r</sup>  
p' bonæ memorie Heilmanni Pfleger, familiare meū, optimae  
apud nos spei adolescentē, meaq' illis negotiis fidissime sollici-  
tan tē tuo quali iure exegeras, studiisq' in eōmeum magnopere,  
vt ipse aiebat, collaudaras: q'pp'e alienus admodū ab istis inq's  
ignauisq' Cœritis, q'putant nos r'ēnib' inf'æ professiōi prorfus  
dissentaneā tractasse, p'inde atq' debeat Theologū (cui tamē no-  
mine vt me non dñnor, ita eum me esse faterinon audeo) esse  
Alphabetarium, non ait nec Philosophia nec Astronomia  
nec Physices, nec hoc genus disciplinarū quoquo modo gnaz,  
yptote hoc nimirū pactio non tā Nauea tuū quā Abramum,  
S in Mosen

FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

Mosen, Daniel. Basil. Orig. Damasc. August. Hierony. Bed. vtrq; Picci, Antonii, lo. Pontani, Bap. Mantuanu, Erasmus. Roterodamii & id gen. tā veteris quā noui Instrumēti tāq; vte  
teriores quā recētiores Theologos, vita & doctrina longe emi  
nentissimos nulla qdem ratione dānantes, vt q; vel hēc vel hoc  
gen. alia cum nouerunt tum trādiderunt, haud ignorātes, quā  
deceat Theologos non modo dīsciplinis humanioribus sed &  
Dialectica, Rhetorica, Arithmetica, Musica, cum primis autē  
rēz naturalium veluti syde, animantū, arbōz, gemmag,  
locor, regq; hoc genus alia & cognitione eruditos esse. Si qui  
dem de huiuscemodi rebus diuinæ passim scripturæ commē  
tarent, nec possint sacra Biblia sine illaq; sc̄ientia vtiliter intel  
ligi. Quoꝝ consumata cognitione non vnius sed omnis dīscipli  
ne cognitionem a Theologo exigit. Non est proinde, vt pluri  
bus hōscē meos de rēz nō tam naturalium quam diuinarū ex  
ploratione labores excusem, qui alias in nostrō Gorgia ad re  
uerendissimum Cardin. D. Laurentium Campegiū Sacro  
sancte sedis Apostolice ad Inuictiss. & potentiss. Imp. Caro  
lum. V. a latere Legatum & digniss. & ampliss. iam olim par  
tes nostras aduersi sumi eiū modi iniquos & stolidos studiorē cen  
sores pro virili turbatus sum. Quas ipse tuo patrocinio (ic (pe  
ro) defendes, vt plane nolis te non legisse qcgd hoc nostri est de  
terrāmotā responsi. Quod nostrā lūp huius anni cometa ex  
plorationi adiciendum putau, qn̄ hēc cum illa non nihil assi  
nitatis habere videbatur, quemadmodum pientissima paterni  
tas tua iudicio suo longe acerrimo non oblcūre, nec fortassis si  
ne fructū, censebit. Quē interi nobis & vniuersitē Reip. Christi  
stānā, per quam diutissime & felicissime valeat, mei memor  
nedū apud inclytam regiam Maiestatem, sed & apud Reueren  
dissimum Card. Tridentinum, principem omnium, quos ter  
ra fouet, laudatiss. cuius Reuerendiss. Amplitudini me diligē  
ter commendatum facere dignetur eadē pient. tua paterni  
tas. Quā itēz bene valeat. Ex Moguntia. Calend. Septemb.  
Anno Christi M. D. XXXI.

AD

LIBER VII. Fo. LXXII.

¶ Ad eundē piētis. Viēnensiū ep̄m D. Ioannē Fabr̄, regium  
consiliariū ampliss. Friderici Nauseae prop̄positio.

Nostra Iohannes speciosus & rotō  
Orbe laus, & dulce decus, leuamen  
Maximum, tu gloria nostra magna  
Magna per orbem.

Quid petis terram moueat, requiris  
Quor tremat tellus, veniant & vnde,  
Quidque portendant pariter sub ima  
Parte tumultus?

De quib; quid nostra Minerua sentit,  
Et quid accepi studio, quid ipse cildid  
Denique expertus didici, vel vnu

Arteque dicam,  
Huc precor conuerte animūm, patrōne  
Atq; Mæcenās Reuerende, mecum  
Hunc meūm sortire nouum benigna

Mente labore  
¶ Inuocatio diuini numinis  
Scrutator rerum viuita qui conspicis amplius

Quamlibet occultis abdita cuncta locis  
Huc ades, & nostris audacibus annue, ceptis  
Proprioque nouo funde favore modos.

Sit mihi fas abstrusa loqui, & tellure sub alta  
Pandere non ficto condita vera stylo.

Vnde tremor terris, tanti dievnde tumultus  
Ad nostros veniunt nocte dieque lares?

¶ Physicos quandam plurimum de caufa  
terræmotū disputasse & variasse.

Non nuper coepit, dudum sed quæstio terræ  
De motu Physica magnis ratione magistris  
Discutitur, nec conuentum, sub iudice manst.  
Lis indefinita, sophis agitanda peritis,  
Hinc mota quandam terra, incerto statuerunt  
Nomine Rhomanī ferias de more celebres.

FRIDER. NAVSEAE MIRABILIVM.

Ne, si non veris facerent dñs sacra prophanis  
Sic falsa populūmox religione ligarent;  
¶ Vnde veniat terra motus.

Porro vsus docuit, rei magister,  
Tellurem modo pullibus moueri  
Aquam, modo flatibus sub iplas.  
Ventorum subeuntium caueras  
Quis motis inibi mouetur vna  
Illa, & s̄pē tremens facit ruinam,  
Atque vrbes quatit, hæc simulque sternit  
Arces, templa, domos, agrosque latos.  
Sic longo Dicearchidos tumultu  
Arces adsiduam tenent ruinam.  
Sic motu Pelopeia ad acta longo  
Sensit damna, graui simulque motu.  
Sic Campania teste veritate,  
Oppresit miserias dolenter vrbes.

¶ Quid portendant terræ motus.  
Quar' tellus moueat ac tremescat  
Pandimus exiguis, Lector amice, modis  
Restat, nunc referam quid hinc futuri  
Portendat motu hæc sic tremefacta suo.  
En rerum varijs docemur actis  
Post terræ motum plurima damna se qui  
Sane hic sape tumultuosa nobis  
Bella initare noua soditione monet.  
Etfamem, pariterque pestilentem

Pestem, & multiplicem non sine clade necē

FRIDERICI NAVSEAE IN PRAE-

cedentia carmina commentarios.

CAVSAM TERRÆ MOTVS FVIS-

se antiquis per rinde dubiam.

CAP. I.

Q Vanta fuerit olim de terræ motu, inter Philosophos  
haud sine controversia Disputatio vel vno Poetæ loco  
admonemur;

LIBER VII.

Fo. LXXIII.

admonemur, quandoqdem ille inibi Philosophiaē quondam p-  
inde atque ex Catalogo partes enumeraturus de terræmotu  
tus questione handquaque siluerit, Inquiens.

Me vero primum dulces ante omnia Musæ  
Quarum sacra fero ingēti percussus amore  
Accipiant, calique vias & sydera monstrant,  
Defectus solis varios, lunæque labores,  
Vnde tremor terris, qua vi maria alta quiescant.  
Obicibus ruptis, rufuscue in seipsa residant.

**H**æc ille, & (vt omnia) docte simulqgnauiter. Inter quidem  
Heruditos olim omnino de terræmotus ratione non conue-  
nit, & quōdrem hic fieret, non modo communibus hominum  
sensib⁹s opinionibusq; comptum non fuit, sed ne inter Phy-  
licas qđem Philosophias satis constituit. Inde factum, quod Aulo  
Gelio testante, veteres R̄homani cum in omnibus alijs vita of-  
ficijs, tum in constituendis religionibus, atq; in dijs immortali-  
bus animaduertendis castissimi, cautissimiq; vbi terram mouil  
se senserant, nunciatumue erat, ferias eius rei causa editio im-  
perabant, sed dei nomen ita (vt solet) cui seruare ferias, opor-  
tere, statuere, & edicere quietebant, ne alium pro alio nomi-  
nando falsa religione alligarent. Idq; ex Decreto Pontificiū  
obseruatim Marcus Varro dicit, quoniam & qua ui & per  
quem deorum dearumue terra tremeret, incertum esse.

¶ Vnde certo nascantur terræmotus. CAP. II.

**Q** Vanus etiam Babylonicorum placita (vt scribit Plini  
us) motus terræ hiatusq; & cetera omnia syde& sie  
ri existimaret, equidem vero non dubito, terrā aliquando mo-  
ueri atq; tremere propter aquā subterea genitalem eamq; mo-  
tū simul & illā concutere, vt vasa aquæ, indeq; Neptunum En-  
no geon & Silichthona. i. Terrā quassationem, & Tellurimotore  
appellari coepū, & eandē aliquād Terrā moueri, plane puto  
violētia ventorū i concavis terræ conclusorū, q; moti etiā mouēt  
terrā. Cui qđem sententiæ subscriptū iā olim Plin. vētos dunta-  
xat motu terræ esse in causa ratu, neq; em vñquā i tremiscere

T terras

## FRIDERICI NAVSEAE MIRABILIVM.

terras nū sōpito mari, cæloq; adeo qdē tranquillo, vt volat<sup>2</sup> aiū non pendeant, subtracto oī spiritu, q velit, neq; vñquā, nīsi post ventos conditos. s. in venas & cauernas eius occulto adstatu. Inibi em accepim<sup>9</sup> vētos anhelūtes nūc icursare huic, nūc p̄ citos illuc cogi, insidente sc̄z aditum explorare, & dēnīc singula tentare, si qua forte laxatis (vt ita dixerim) claustris erumpere possint, tremitē interīm terra, ruinamq; v̄c̄ adeo minante, vt plerūq; laxa dissiliant, turres procumbāt, arcē atq; templa concidāt, neq; hoc aliter fieri censem<sup>9</sup>, quā vbi nō in pectore spūs sitit, & nullā aurā, neq; dat nec iuscipit, tū sentim<sup>9</sup> intercepta pinde anima tremore artus occupari, pugnā intus excitari, horroremq; extremis in partibus itamicare vt is collectis tā dem viribus via facta ruptisq; meatib<sup>9</sup> vehementi sonitu erumpat. Ea ob rē non defuere, qui non aliud esse in terra tremorē, quā in nube tonitruum putarunt, nec hiūtum aliud, quam cum fulmē erūpit icluso spiritu luctante, & ad libertatē exire nitēte

¶ De incommodis terræmotuum. C A P. III.

**Q**uam vero portentosi nonnunquam Terræmotus fuerint, ijdeq; passim multiphariamq; obsuerint atque noceant, exēplis oppido quam multis instruimur, & ijs dictū qdē iuxta atque auditu horrendis. Sane tradunt scriptores motu quandam terre vibrē. Lacedæmoniōꝝ totam corruisse, itēque partē Taygeti montis multo maximam ad formam puppis eminenit abruptam, cladē insup eam p̄fisse ruinam. Est & memo rię proditum, Tiberiū Cælaris principatu XII. v̄bres Afīg, vna fuisse nocte valido terræ motu prostratas. Anno quoque post Chrm natum D. CCC. XLII. I. Lothario Ludouici primi filio Imp. totam pene Italianam terræ motu concussam ferunt, & locis inde certis v̄bres & montes corruisse. Et anno deinde post Chrm natum. M. CC. XIII. Impante Frid. ei⁹ noīs scđo tam vehementes terræmotus fuisse scribunt, vt eorū clade in montibus Salini ad gñque hoī milia p̄fisse phibeantur. Anno iti dem post Chrm natum. M. CCC. LXI. Impante Friderico ei⁹ noīs tertio, tñ fuisse motum terræ adserunt, vt p̄ ipsum multa regni Neapol. oppida corruerint, interque cadetia teclā.

## L I B E R VII.

F.LXXIII

Et edificia circiter triginta milia hoī milie de pierint, ac ip̄e splendidiores. Neapolitanorū ædes discissæ disiectæq; sint. Silu erim interea & terræmotus minime vulgares, qbus idem regnum nostra & patr̄ memoria Imperante Maximiliano, vna cum vniuersa propemodum Italia plurimum pictilari ceperit.

¶ Vbi & quando frequentius sint, & quoique durent terræmotus. C A P. III.

**T**erræmotu frequentius laborant & loca maxime qdem maritima, quando nec interīm montofallo vacent, & autumno fane crebrius ac vere, vnde & Gallias & Aegyptum minime quarti autumant, qd hic æstatis, illuc hyemis causa obstet. Fierique terræmotum noctu crebrius quam in rē diu, & propinquaque qdem luce crebriore didicimus, ipsosque expti sumus vnto emerso de sinere, & durantes non ante quadraginta dies fissi, vt cunque aliquando tardius, quin alias annuo qdem & bimenni spatio durarint, interie cto aliquoties, tum horaz tū diez interstitio. Circa em Annū a Christo nato. CCCC. LXXI. Impa. Anastasio. Terra motum longe maximū apd Constantiopolim quatuor continuo menses durasse legimus, & tum de ss̄se demū, quā infantulo quodā monitore, ter cantatum est. Sanctus, Sanctus, Sanctus, deus fortis & immortalis misere re nobis. Et anno itidem post Chrm natū M. LXXXIX. Imper. Henrico eius noīs Quinto Terræmotu Italia pleris que i locis quadraginta dieb. pdurasse a maioriib. intelleximus.

¶ Plurimum differre terræmotus. Cap. V.

**N**ec interim clā est, magnā esse in ipso generi motus diffe rentiam, vt pote terram plurib. quati modis: siqdem eam non sine piculō moueri, quando ipsa vindantis fluctu que more inclinatur ac volutatur, aut quum in vnam partem tota se mota impellit. Edituero citra periculum quati illam, quum vibrat crispante edificiorum crepitū, & cum intumeat ad surgens alteroque natu resideat & quum concurrentia teclā contrario istū arietant, quando alter motus alteri renitit. Cuiusmodi Terræmotum, nec fane contemnendum in hac incly- T h̄ ta nuper